

C 23.10  
217

POMNIKI DZIEJOWE LWOWA  
Z ARCHIWUM MIASTA  
TOM I.

NAJSTARSZA KSIĘGA  
MIEJSKA

1382–1389




W Y D A Ł

PR. ALEKSANDER CZOŁOWSKI

WE LWOWIE  
NAKŁADEM GMINY KRÓL. STOŁ. MIASTA LWOWA  
Z DRUKARNI W. A. SZYJKOWSKIEGO  
1892.



2011-03-09



C-2313



Wytecznie byłoby podnosić rzecz wszystkim dziś dobrze znaną, jak ważne skarby naukowe zawiera w sobie archiwum Lwowa, nazwane słusznie »nieocenionym klejnotem miasta«. Twierdzili to wszyscy, którzy poznali je bliżej, zaczynając od Dyonizego Zubrzyckiego. On też pierwszy poniekąd położył w swojej Kronice fundament pod społeczną i polityczną historię miasta Lwowa. Po za nim stosunkowo bardzo skąpo korzystano z archiwum, które dotąd niewłaściwie umieszczone, niezorganizowane i mało komu przystępne, długo pozostawało jakby tajemniczą księgą przeszłości naszego grodu. Prace dopiero P. Władysława Łozińskiego wydobyły na jaw bogactwo w niej zawarte i dały zarazem przykład, w jaki sposób można wyzyskać materiał miejskiego archiwum dla historyi sztuki i przemysłu, oświaty, zwyczajów i obyczajów; jak można na podstawie spłowiałych aktów i suchych ich zapisek, odtworzyć świat dawno zamarły, w pełni życia, ruchu i prawdy. Nie dziw więc, że piękna przeszłość Lwowa nowego nabrąła uroku.

Pod jego wpływem dr. Alexander Semkowicz poruszył sprawę archiwum na II. Zjeździe historyków polskich, odbytym we Lwowie 1890 r. W osobnym referacie wymownemi wykazał słowy, że jeżeli chcemy zbudować trwałą historię naszego miasta w różnorodnych objawach społecznych, a nadto rozjaśnić wpływ, jaki ono wywierało

na rozwój cywilizacyjny całej Rusi, potrzeba: 1) uporządkować i umiejętnie zbadać archiwum; 2) ogłosić drukiem te pomniki źródłowe, które ze względu na swą starożytność i treść ważną szczególnie mają dla nauki wartość. Zjazd jednomyślną uchwałą poparł wnioski referenta w nadziei, że nie pozostaną pobożnym życzeniem i nie doznał zawodu.

Dzięki inicjatywie i opiece, jaką otoczył archiwum obecny Prezydent miasta JWP. Edmund Mochnacki a w jego zastępstwie także JWP. Wiceprezydent dr. Zdzisław Marchwicki, życiu referenta, Zjazdu i ogółu stało się zadość. Skarbnica naukowa dotąd dla niewielu dostępna, stoi dziś dla każdego otworem a praca porządkowania znajduje się w toku.

Mając sobie powierzony zarząd archiwum i otrzymawszy zaszczytne polecenie rozpoczęcia wydawnictwa źródeł archiwalnych, przystępuję do spełnienia tego obowiązku i składam do użytku uczonego świata pierwszy tom Pomników Dziejowych Lwowa.

W myśl referatu dra A. Semkowicza należałoby je zacząć od Kodeksu dyplomatycznego. Kodeks taki atoli musiałby objąć dyplomy nie tylko z archiwum miasta, lecz wszystkie inne rozprószone po zbiorach i archiwach a odnoszące się do Lwowa. Uznajemy w zupełności naukowe jego znaczenie, samo wszakże przygotowanie całego materiału doń zajęłoby znaczny przeciąg czasu, zaczem i wydawnictwo archiwalne musiałoby pójść w zbyt długą odwlokę. Ta okoliczność a następnie fakt, że większość dyplomów lwowskich ogłosił już s. p. X. Liske w Aktach grodzkich i ziemskich, że pewna ich część drukowaną była także w innych publikacyach, że zatem najważniejsze źródła tego działu znane są i przystępne badaczom, tłumaczy, dlaczego druk Pomników Dziejowych Lwowa, zaczeliśmy od materiałów bardziej jednolitych, jakie zawierają księgi miejskie, dotąd prawie nieznane a jednak niemniej ważne, jak dyplomy.

Księga, której zapiski tu ogłaszamy, zaczyna się w roku 1382 i jest jedną z wieku XIV. Wszystkie poprzednie zginęły bezpowrotnie. Wiadomo już bowiem z Zimorowicza, że w 1381 r. miasto

znacznym zostało dotknięte pożarem, w którym spłonęło i jego archiwum. Potwierdzają ten fakt zapiski (l. 38, 197) obecnej księgi, założonej na nowo po pożarze, a której urywek zachowany szczęśliwie obejmuje nie całych lat osiem od 1382—1389. Poważny więc wiekiem stanowi zabytek, na Rusi zaś i Wschodzie w ogóle nie znajdzie starszego odeń pomnika sądownictwa miejskiego na prawie niemieckiem.

Oryginał księgi przedstawia rękopis papierowy *in folio*, o 172 stronach, oprawny w półskórek z końcem ubiegłego wieku. Wyjąwszy pierwszą kartę, na której wskutek zbutwienia kilku nie można doczytać się słów i ostatniej zniszczonej przez połowę a doklejonej luźnie z późniejszego jakiegoś roku, cały zresztą rękopis zachowany dość dobrze. Papier wykazuje pięć rozmaitych filigranów t. j. znaków wodnych. Ogólna liczba zapisek wynosi 742, lecz wskutek znacznego uszkodzenia końcowych, wydrukowano ich tylko 735. Wszystkie one pisane w odstępach od początku do końca po łacinie, z wyjątkiem jednej niemieckiej 521. Pismo przeważnie staranne i czytelne, jednakże różnych rąk w miarę, jak się zmieniali pisarze miejscy lub może ich podpiskowie. Można ich odróżnić pięciu. Za pierwszego pisarza Michała Axa wciągnięto zapiski 1—223, 283—299, 305—371, 411—659; za drugiego Michała Zozera 224—282, 300—302; za trzeciego Piotra Ponicza 372—410; nazwiska zaś dwu dalszych odnośnie do zapisek 303, 304, 660—735 nie są podane. Prócz tego znajdują się tu i owdzie pojedyncze dopiski wciągnięte ręką późniejszą, nie należącą do żadnego z wspomnianych pisarzy. Przy wielu nadto zapisach mamy na marginesach lub u góry zanotowane nazwiska stron. Stronice zapisane z reguły w całości, wyjąwszy 96, III, 112, 123, 130, 131, które pozostawiono czyste. Układ zapisek pod względem chronologicznego następstwa, jedynie w roku 1388 (zapiska 607—636) nie jest zachowany z winy pisarza a nie introligatora, jak w pierwszej chwili można by przypuszczać. Początki lat kalendarzowych oznaczyła ręka z XVII. wieku, pisarze zaś oznaczają każdy nowy rok dopiero z okazji dokonywania nowych wyborów na dniu 22 lutego.

Księgę tę znał już Zimorowicz i podał z niej cztery wilkirze, w których istnienie powątpiewał Zubrzycki. Kiedy bowiem pisał swą Kronikę, księga owa znajdowała się nie w archiwum, lecz w Tabuli miejskiej, gdzie pierwszy czerpał z niej X. S. Barącz. Po zniesieniu sądowego Magistratu 1857 r. przeszła do Sądu krajowego, a ten wraz z innymi zwrócił ją Gminie w roku 1870.

Tytułu pierwotnego księga nie posiada. Tytuł obecny *Frag. Off. Cons. 1382—1389* znajdujący się na grzbiecie, pochodzi z końca zeszłego wieku od urzędników sądowych austriackich Stefanowicza i Ignacego Kulczyckiego, którzy sporządzając do tej księgi index, opatrzyli ją paginacją a zapiski liczbami porządkowymi. Sami natomiast pisarze nazywają ją *acta ex iudicio bannito*, a więc księgą spraw wytaczanych przed sądem gajonym, zbierającym się zwykle w środę, co tydzień lub dwa tygodnie. Obok ławy i wójta zasiadają w nim i rajcy, którzy coraz większy zdobywają sobie udział w sądownictwie niespornem. Do tego właśnie sądownictwa odnoszą się wszystkie zapiski ogłoszonej tu księgi. Obejmuje ona zatem transakcje tego rodzaju jak: ugody, pożyczki, poświadczania kupna, sprzedaży i zastawów, darowizny, hipoteki, mianowanie prawnych zastępów, cessye, testamenta a wreszcie wilkirze t. j. rozporządzenia Rady miejskiej.

Wszystkie wymienione sprawy obok znaczenia czysto lokalnego, nader ważne rzucają światło na organizację sądownictwa niemieckiego w dobie najstarszej na Rusi. Historyk i prawnik znajdą w nich zawsze źródło pierwszorzędne, jedyne prawie do zrozumienia i odtworzenia stosunków wewnętrznych miasta w epoce tyle ważnej, kiedy to Ruś z swą stolicą, zajęta w roku 1387 przez Jadwigę, ponownie przeszła pod panowanie Polski.

Stan ówczesnego Lwowa, jego różnorodna ludność, jej pochodzenie i zajęcia, poziom cywilizacyjny, proces zlewania się z krajobwem otoczeniem, rozwój organizmu municipalnego i uspołecznienia, stosunki międzynarodowe, handlowe, ekonomiczne, urzęduenia i topografia miasta, częścią w zupełnie nowych, częścią w pełniejszych występują zarysach. Zestawienie wszystkich tych rysów w jeden obraz

nie może być zadaniem przedmowy. Rzeczą będzie specjalnych badaczy wyzyskać i systematycznie opracować zawarty w tym tomie materyał.

W oddaniu tekstu trzymaliśmy się najwierniej oryginału z wszystkimi właściwościami jego języka, tak pod względem form, odmian gramatycznych jak i pisowni, z tem tylko ograniczeniem, że: 1) interpunkcja i używanie dużych liter zostały zmodernizowane; 2) tekst zapisek zepsuty wskutek widocznej nieuwagi pisarza sprostowano w niektórych miejscach; gdzie zaś takie sprostowanie wymagało większych zmian tekstu oznaczono miejsca wątpliwe lub błędne słowkiem *sic*; 3) słowa przez pomyłkę pisarza opuszczone zostały uzupełnione, na co wskazuje ujęcie w nawias.

Numerację zapisków zatrzymaliśmy taką, jaką im dano w ubiegłym wieku. Tam atoli, gdzie pod jednym numerem mylnie wciągnięto kilka zapisek odróżniono je literami. Zapiski przekreślone w oryginale opatrzone są gwiazdką, notki marginesowe wydrukowaliśmy czcionkami rostrzelonemi, liczby podane po bokach oznaczają stronice rękopisu.

Podobizna najdłuższej z zapisek (571) dołączona na końcu daje wyobrażenie o charakterze pisma. Winieta pieczęci pochodzi z najstarszego dyplomu przechowującego się w archiwum miejskim z 1359 r.

W układzie indexu osób i miejscowości tudzież rzeczy przewodniczyła nam myśl ile możliwości jak najpraktyczniejszego ułatwienia poszukiwań.

*Lwów dnia 22 lutego 1892.*

W Y D A W C A.



## 1382.

Anno Domini millesimo CCC octuagesimo secundo.

1. Henricus Peuth. Feria quarta proxima ante dominicam 1 Letare (*12 marca 1382 r.*) iudic . . . . \*) per Iohannem Amen tunc aduocatum et VII scabinos subnotatos . . . . Nicolaum Briger, Iohannem Kerewedir, Friczkonem de Smotricz . . . . Petrum Melczer et Petrum Stecher. Coram quo iudicio Hen(ricus Peuth de) Cracouia super omnia bona mobilia et immobilia Goblonis sartoris XII marcas minus I fertone interdixit et est primus.

1a. Eodem die et iudicio Asslan (et) Abram domum eorum Anne Diuitis Iacobi iuste vendicionis titulo libere resignauit.

2. Michael Ederer. Eodem die et iudicio Michael Ederer de Cracouia super domum quondam Goblonis in plathea ante parvum castrum situatam II $\frac{1}{2}$  marcas interdixit.

3. Watherusch rasor /. Saxo carpentarius. Eodem die et iudicio Watherusch rasor ex parte lenkonis de Sandomeria quondam fratriis Goworkonis fabri domum in plathea Tartharorum iacentem magistro Saxoni carpentario iuste vendicionis titulo libere resignauit.

4. Heyncze Clemme /. Iakusch Kupicz. Eodem die et iudicio prouidus et honestus Henricus Clemme domum suam quondam Miczonis generi Corneri versus balneam stubam in plathea iacentem Iacobo Kupicz dicto iuste vendicionis titulo libere resignauit.

---

\*) W miejscach wykropkowanych brak słów z powodu oddartego rogu.

**5.** Heyncze Polan de Thorun. Eodem die et iudicio Henricus Polan concius de Thorun manifestauit in bannito iudicio, prout in anno Incarnationis tunc nuperrime preterrato in libro ciuitatis extiterat conscriptum, in muro quondam Elrici se quinque marcas habere, de quibus V marcis  $\frac{1}{2}$  marcam quolibet anno in festo sancti Iohannis Baptiste sibi debet dare pro censu, quo usque prefate V marce sibi cum paratis pecuniis persoluentur. Et qui se de hereditate et muro intromiserit, hic censum tenetur pagare videlicet Grande Iohan aut socrus eius. |

**2 5a.** Bolcze.... post Quasimodo geniti (*po 12 kwietnia 1382 r.*) iudicium fuit bannitum . . . . . antea conscriptis. Coram quo iudicio Petrus . . . . super domum Nicolay Bolcz pellificis XIV  $\frac{1}{2}$  marcas . . . . Eodem die Kerewedir ex parte prescripti Petri Wyn . . . . super domum Niczkonis Tropper quinque marcas cum I fertone interdixit et est primus.

**6.** Domini consules ∵. Schonesnyder. Eodem die et iudicio domini consules institam quondam Stephani cum vna marca Iohanni Schonesnyder resignauerunt.

**7.** Peschko molendinator ∵. Georgius Ernst. Eodem die et iudicio Peschco molendinator agerem quondam Czwykof domino Georgio Ernst iuste vendicionis titulo resignauit.

**8.** Hinrich Halprittir ∵. Franczko carnifex. Eodem die et iudicio relicta Gryfonis et Henricus Halprittir agerem quondam Vlusch molendinatoris Franczkonii carnifici iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**9.** Georgius Ernst. Eodem die et iudicio Georgius Ernst domum suam quondam Iohannis Gebuir et agerem quondam Reglonis eodem domui contigue coniunctum Georgio fratri suo iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**10.** Longus Nickil de Lublyn ∵. Niger Adam. Eodem die et iudicio Longus Nickil de Lublyn super hereditates et rebus mobilibus (*sic*) Nigri Ade VII marcas et XXIII grossos interdixit et est

primus. Et de eisdem prescriptis pecuniis duos equos idem Nickil ab ipso Ade percepit. |

**11.** Nicolaus Cletlendorf *v./.* Henricus Halprittir. Eo-<sup>3</sup> dem die et iudicio Nicolaus Cletlendorf super hereditales pecunias Henrici Halprittir X marcas interdixit ita, quod ipse Halprittir super festum sancti Iacobi proximo instante debet dare, quod si non fecerit, extunc annatim I marcam pro censu debet dare et est primus.

**12.** Gerko Smythus *v./.* Iohannes Gerber. Eodem die et iudicio Girko Smithus super ortum et curiam Nicolaus Rotgerber foris ciuitatem ante portam Halicensem iacentem IIII marcas minus XXIX grossis interdixit et est primus.

**13.** Nicolaus Kezeling et Georgius Ernst. Eo die Georgius Ernst coram dominis consulibus palam recognouit, quod vna paries argilea de suo braseatorio retro super hereditatem Nicolai Kezelungi est edificata, et taliter ipsi inter ordinauerunt, quod quam cito eadem paries deficerit et periit, extunc Georgius Ernst aut qui eodem braseatorium habuerit, Kezelingo debet discedere, prout inferius limen per dominos consules conspectum expostulat et requirit.

**14.** Nicolaus Kezelingus *v./.* Nicolaus Paczonis. Feria quarta proxima ante diem beatorum Philippi et Iacobi (*30 kwietnia 1382 r.*). Nicolaus Paczonis coram dominis consulibus publice recognouit, quod Nicolaus Kezeling tunc vicinus ipsius medietatem muri inter se per ipsum Nicolaum Paczonis edificatam integraliter persoluit.

**15.** Sachradyn Armenus *v./.* Amyr Armenus. Eodem die Sachradyn Armenus coram dominis consulibus personaliter constitutus aperte recognouit, quod Amyr Armenus sibi hereditatem suam in ciuitate iacentem in XI marcis quondam proposuerat et eodem die exemit ita, quod ipse Sachradyn eandem hereditatem liberam et solutam dimisit. |

**16.** Conradus molendinator *v./.* Franczko Foytchyn.<sup>4</sup> Feria quarta in vigilia Ascensionis Domini (*13 maja 1382 r.*) iudicium

fuit bannitum. Coram quo iudicio constituti prouidi et honesti Gregorius Stecher, Andreas cum barba, Peter Yzenhutel, Nicolaus Schryger, Michael de Stynaw, Peschco Melczer publice recognoscentes, quod tales vniōnem et concordiam inter Conradum molendinatorem parte ex una et inter Franczkonem Foytchyn et Nicolaum Schuldirbeyn parte ex altera fecerunt et ordinauerunt ita, quod prefatus Franczk et Nicolaus Schuldirbeyn prescripto Conrado molendinatori a singulis debitibus, in quibus ipsi sibi fuerunt debitorie obligati, X marcas persoluerunt, et idem Conradus ipsos quitos et solutos dimisit ita, quod ipse neque successores ipsius vñquam ipsos verbis neque actibus debent alloqui siue infestare.

**17. Kaczadur et Iacobus Grecus.** Eodem die et iudicio Kaczadur Armenus katholice fidei aperte recognouit, quod Iacobo Greco in XXV marcis extiterat debitorie obligatus, de quibus quidem pecuniis ab hoc die incipiendo singulis annis V marcas promisit et tenetur soluere et pagare.

**18. Brun Pharrer ∕. Karacbey.** Feria quarta proxima ante festum Penthecostes (*21 maja 1382 r.*) Brun Pharrer personaliter constitutus aperte recognouit, se prouido viro Karacbeyo in XLVIII marcis ex iusto debito obligari, quas quidem pecunias infra spaciū sex mensium coram dominis consulibus sibi promisit persoluere abs omni dilacione et expagare.

**\*19. Niczko Czustich ∕. Niczko Morung.** Feria quarta in vigilia Corporis Christi (*4 czerwca 1382 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Niczko Czustich una cum sua legitima vxore palam recognouit, se Niczkoni Morung in XV marcis fore debitorie obligatum, de quibus XV marcis quinque marcas infra spaciū quinque septimanarum tenetur et promisit soluere omni dilacione proculmota, residuas vero X marcas in festo sancti Michaelis proximo instante promisit cum vxore pagare. Eciam Niczko Morung super bona Niczkonis Czustich mobilia et immobilia interdixit et est primus de prescriptis pecuniis. Et Eckeberthus Stulpches est prouisor ipsius Niczkonis Morung prescriptus ad sustulendum. |

**5 20. Zydel Spiczmar ∕. Paulus Ungarus.** Eodem die et iudicio Zydel Spiczmar domum suam ex apposito Martini Luzenpelcz

iacentem, prout in suis limitibus longe et late est distincta, Paulo Un-garo iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**21.** Ohannis et Martha /. Athabey. Feria sexta ante diem sancti Iohannis (20 czerwca 1382 r.). Ohannis Armenus et Martha soror ipsius dimidiā aream circa ecclesiam Armenorum iacentem Athabey Armeno pro VI $\frac{1}{2}$  marcis coram dominis consulibus proposuit, tali condicione interiecta, quod idem Ohannis et Martha infra spacium sex mensium prescriptam aream debent pro VI $\frac{1}{2}$  marcis liberare, quod si non fecerint, extunc area debet esse Athabey appropriata.

**22.** Friczko de Smotricz /. Rotermel. Feria quarta infra octauas beatorum Petri et Pauli (2 lipca 1382 r.) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Friczko de Smotricz super domum sev hereditatem Martini Rotermel IIII marcas cum III paruis grossis interdixit et est secundus, sed Nicolaus Schiler est primus cum XX marcis.

**23.** Brun Pharrer /. Rotermel. Eodem die et iudicio Brun Pharrer super domum et hereditates Martini Rotermel IX marcas minus VI grossis paruis interdixit et est tercius.

**24.** Peschco Melczer /. Rodestok. Feria quarta proxima ante diem sancti Iacobi (23 lipca 1382 r.) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio prouidus Peschco Melczer domum suam circa domum Petri Wayner contigue et in plathea Tartharorum iacentem longe et late, prout domus Petri Wayner ante et retro continet, Nicolao Rodestok iuste vendicionis titulo libere resignauit. |

**25.** Iohannes perator /. Iohannes Goldberg. Eodem die et iudicio Hannos perator foris ciuitatem domum suam foris portam Halicensem iacentem Iohanni Goldberg clasnero iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**26.** Relicta Merclonis. Eodem die et iudicio relictā Merclo-nis pistoris cum Mathia suo filio Frydloni Halprittir opus pistorium iuste vendicionis titulo libere resignauerunt.

**27.** Curtus Paulus /. Petrus balneator. Feria sexta proxima ante festum Assumptionis Marie (8 sierpnia 1382 r.). Curtus

Paulus coram consulibus presencialiter constitutus palam recognouit, se Petro balneatori de Cracouia in octo sexagenis ex iusto debito obligari, quas quidem pecunias videlicet VIII sexagenas infra spaciū duorum annorum a festo prenotato incipiendo sibi tenetur et promisit soluere et pagare. Et si, quod absit, quod aliquod periculum mortis in Curto Paulo contingere, extunc predictus Petrus suas pecunias non persolutas in hereditatibus eiusdem Pauli debet investigare. De\*) quibus debitibus sub anno Domini MCCCLXXXV in die Conuersionis sancti Pauli IIII marcas persoluit reliquas IIII marcas promittens supra festum Pasce persoluendum, quod si non fecerit, predictas IIII datas marcas absque omni contradicione perdere debet, et hoc coram consulibus est arbitratus. Et notatur, quod idem Paulus easdem IIII marcas supra tempus deputatum presentauit dominis consulibus. |

<sup>7</sup> 28. Elyzabeth ∕. Friczko Wassirfurer. Feria quarta proxima ante diem sancti Laurencii (6 sierpnia 1382 r.) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Elyzabeth vna cum Stanislao filio suo legitimo presencialiter constituti institam suam ex apposito pretorii Friczkoni Wassirfurer iuste vendicionis titulo libere resignauerunt.

29. Kuncze Storring ∕. Nicolaus carpentarius. Eodem die et iudicio prouidi et honesti Mathias et Kuncze Storring aream suam ex apposito hospitalis iacentem Nicolao carpentario iuste vendicionis titulo libere resignauerunt.

30. Iohannes Neumeyster ∕. Conradus Rippin. Feria quarta post octauas Assumptionis (23 sierpnia 1382 r.) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio constituti prouidi et honesti Iohannes Neumeystir necnon Conradus Rippin carnifices ex utraque parte recognoscentes, quod ipsi vniōnem et plenam concordiam racione duorum maccellorum inter se fecerunt ita, quod vnuſquisque eorum alterum liberum et solutum dimisit neque aliquis eorum per amplius alium eorumdem debet et tenetur verbo neque facto alloqui nec infestare.

31. Maczko Bely ∕. Peschco Bohemus. Eodem die et iudicio Maczko retro domum Peskonis Bohemi commorans recognouit, quod aream suam retro predictam domum Peschconis iacentem vendidit

\*) Dopusane ręką późniejszą.

sibique pro omni allocuzione conterminorum suorum ratione eiusdem aree uouit et promisit.

**32.** Pescho Bohemus ∕. Stynkeler. Eodem die et iudicio Peschco Bohemus de Lublyn super bona Iohannis Steynkeler aliqua debita interdixit et est primus.

**33.** Slickenpfyl ∕. Petrus Saxo. Eodem die et iudicio Hendzlynus Slickenpfyl aream suam in acie circa claustrum fratrum Minorum contigue iacentem Petro Saxoni carpentario iuste vendicionis titulo libere resignauit. |

**34.** Relicta Franczkonis balneatoris ∕. Nicolaus 8 Briger. Feria quarta infra octauas Natiuitatis Marie (*10 września 1382 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Agnetha Franczkonis balneatoris relictam laneum suum laneo Henrici Clemme contigue coniacentem Nicolao Brigero iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**35.** Nicolaus Opeczkonis ∕. Stephanus Rademuncke. Eodem die et iudicio prouidus et honestus Nicolaus Paczkonis ex parte Iohannis Giraci de Cracouia aream dimidie curie vna cum muro ex apposito ecclesie beate Virginis iacentem Stephano Rademuncke iuste vendicionis titulo libere resignauit, tali condicione interiecta, quod idem Stephanus vnum annum liberam debet habere residenciam in predicta hereditate. Annis vero tribus subsequentibus quolibet anno X marcas tenetur soluere et pagare, quod si non fecerit, extunc prefatus Iohannes Girlicz aut successores eius se de pretacta hereditate debent intromittere.

**36.** Anthonius de Solhaten ∕. Gregorius gener sacerdotis. Eodem die et iudicio Anthonius de Solhaten institam suam ex apposito pretorii iacentem Gregorio genero sacerdotis Armenicalis iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**37.** Seth ∕. Murath Armeni. Eodem die et iudicio Murath Armenus concuius super domum et institam Seth Armeni  $XVI\frac{1}{2}$  marcas interdixit et est primus.

**38.** Anna Diuitis Iacobi Armeni. Eodem die et iudicio Anna filia Diuitis Iacobi coram dominis consulibus constituta petiuit, quod sibi scriberetur in libro aream et domum, quam emeruit apud Aslan et Abram Armenos fratres ad memoriam, que littera et scriptura, quam super hoc habuit est sibi cremata cum ciuitas fuit combusta. |

**39.** Petrus Keppil ✓. Michael. Feria quarta post octauas sancti Michaelis (8 października 1382 r.) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Petrus Keppil pistor super omnia bona Michaelis Zebenfeel pellificis  $\frac{1}{2}$  marcam interdixit et est primus.

\***40.** Popuge ✓. Michael. Eodem die et iudicio Niczko Polpyge super bona prescripta Michaelis Zebenfeel XLII grossos interdixit et est secundus.

**41.** Eodem die et iudicio Niczko Cleppil de Cracouia super centum corea Iohannis Czynnirman de Czereth XI marcas interdixit et est primus.

**42.** Emyn Armenus ✓. Gregorius Armenus. Eodem die et iudicio Emyn Armenus frater Stephani aurifabri hereditatem quondam Tochbey retro ecclesiam Armenicalem situatam iuste vendicionis titulo libere Gregorio Armeno resignauit.

**43.** Petrus Nazel ✓. Cristel. Eodem die et iudicio Petro Naze domum suam foris ciuitatem iacentem Cristelmo Hummel sutori iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**44.** Petrus Nazel ✓. Steynburne. Eodem die et iudicio prefatus Petrus Naze opus sutoreum siue scampnum Iohanni Steynburne iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**45.** Waller ✓. Michael. Eodem die et iudicio Henricus Waller super bona Michael Zebenfeel pellificis V fertones IIII grossos interdixit et est tercius, et super debita Niczkonis Polpuge XLII grossos interdixit et est primus. |

**46.** Gertrudis ✓. Georgius. Feria quarta proxima post diem sancti Luce (22 października 1382 r.) iudicium fuit bannitum.

Coram iudicio Gertrudis relicta Rozenbergi vna cum Nicolao suo nato I $\frac{1}{2}$  laneum Georgio cerdoni iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**47.** Schloma Iudeus ∕. Spiczmar. Eodem die et iudicio Schloma Iudeus super debita Zydlonis Spiczmar apud Paschconem Ungarum XI truncos tritici cum tribus marcis pecuniarum interdixit.

**48.** Iohannes Ederer ∕. Iohannes Czop. Feria quarta post diem Omnium Sanctorum (5 listopada 1382 r.) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Iohannes Ederer concius Cracouiensis super bona Iohannis Czop III marcas interdixit et est primus.

**49.** Nicolaus ∕. Iohannes Czop. Eodem die et iudicio Nicolaus Fryberg super bona Iohannis Czop IV $\frac{1}{2}$  marcas interdixit et est tercius.

**50.** Eodem die et iudicio Nicolaus concius Lemburgensis super bona Iohannis Czop XLVI grossos interdixit et est quartus.

**51.** Iohannes Kessilhut ∕. Iohannes Czop. Eodem die et iudicio Iohannes Kessilhut super bona predicti Iohannis Czop I $\frac{1}{2}$  marcas interdixit et est quintus.

**51a.** Eodem die et iudicio Iohannes Schenewicz super bona Iohannis Czop II marcas interdixit et est sextus. |

**52.** Nicolaus ∕. Petrus Bach. Eodem die et iudicio Nicolaus de Cracouia super omnia bona mobilia et immobilia Petri Bach III marcas interdixit et est primus.

**53.** Eckeberthus Stulpzes ∕. Petrus Bach. Eodem die et iudicio Eckeberthus Stulpzes super bona Petri Bach III marcas XXVIII grossos interdixit et est secundus.

**54.** Kunczchyn ∕. Petrus Bach. Eodem die et iudicio Kunczchyn sartor super bona Petri centum grossos interdixit et est tercius.

**55.** Sirkys ∕. Asslabaron. Eodem die et iudicio Sirkys catholicus super hereditates et omnia bona mobilia et immobilia Asslabaron XV marcas interdixit et est primus.

**56.** Petrus Blorok ∕. Asslabaron. Eodem die et iudicio Petrus Blowrok super bona Asslabaron, ut prescribitur, XII marcas interdixit et est secundus.

**57.** Iencz Rutheni ∕. Schloma Iudeus. Feria tercia post diem sancti Martini (*18 listopada 1382 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Iencz filius quondam Iohannis Reuse aperte recognouit, se Schlome Iudeo in II $\frac{1}{2}$  marcis fore ex iusto debito obligatum, et easdem infra spacium vnius anni absque protractione sibi persoluere promisit. |

## 1383.

12

**58.**

### Notantur arbitria ciuitatis.

**59.** De murorum eductione et infra LXXII folio. Quicunque vult murare, hic vicinum suum sibi debet assumere et debent ponere murum in medio ambarum suarum hereditatum. Et si vicinus murantis non vult et non habet secum murare, tunc idem vicinus muranti debet discere et murans debet ponere integrum murum super hereditatem eiusdem vicini. Et si idem vicinus hoc consentire noluerit, extunc murans debet ponere murum in medio ambarum hereditatum et vicinus murantis medietatem eiusdem muri sibi soluere tenetur. Et si vicinus eundem murum in sua hereditate iacentem exsoluere non habuerit uel poterit, extunc prefatus vicinus de pretacto muro murantis de X marcis grossorum I marcam pro censu quolibet anno dare tenetur.

**60.** Ordinatio antiqua de celebrandarum nuptiarum sumptu\*). Ceterum domini consules vna cum tota communitate

---

\* ) Ręką późniejszą z XVII wieku.

taliter finixerunt et ordinauerunt, quod quicunque nupcias facere uel exercere voluerit, hic debet habere XVI personas et IIII scuttellas et non plures, et debet habere II ioculatores et non plures sub pena IIII marcarum.

**61. Ordinatio de sumptu puerperiarum\***). Eciām Domini consules cum tota communitate taliter finixerunt et ordinauerunt, quod mulieres in peuerperiis iacentes uel de puerperiis exeuntes nulla penitus debent facere conviuia sub pena IIII marcarum.

**62. De incendio ignis\***). Eciām ciuitas in suo arbitrio sibi per Dominum Kazimirum Regem Polonie etc. dato, sigillato et confirmato, quod si tempore incendii sev igni importune exiunte, domus aliquis ciuiis predicte ciuitatis disrupta aut fracta fuerit, vicini eius in eadem parte et linea sibi commorantes ad quos idem posset ignis devenire ad reformacionem et reedificacionem ipsius fracte domus impendere et dare iuvamen teneantur. |

\***62a.** Feria quarta infra octauas Epyphaniarum (*7 stycznia 1383 r.*) 13 iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Kuncko Iungilcus de Thorun super hereditates et omnia bona mobilia et immobilia Peschconis fabri XVII marcas cum I fertone interdixit et est primus.

**\*63.** Eodem die et iudicio Iohannes Kessilhut super hereditates et omnia bona mobilia et immobilia Peschconis fabri XIX marcas interdixit et est secundus. Et coram eodem iudicio Kresa relicta Peschconis fabri aperte recognouit, quod maritus eius felicis memorie in eisdem XIX marcis debitor remansit.

**64.** Iohannes Beuthom 1/4. Peschko faber. Eodem die et iudicio Iohannes Beuthom super bona et hereditates Peschconis fabri VIII $\frac{1}{2}$  fertones interdixit et est tercius.

**65.** Nicolaus Koczeler 1/4. Relicta Schuleri. Eodem die et iudicio Nicolaus Koczeler super bona Iohannis Schuleri de Colomya IIII marcas interdixit et est primus. |

---

\*) Ręką późniejszą z XVII wieku.

14      **66.** Wolfhardt ∕. Iohannes Balsanth. Eodem die et iudicio Wolfhardt Pyzicz de Cracouia super bona mobilia et immobilia Iohannis Balzant ex parte propria et ex parte sororis sue Margarethe abpotecarye XXXVIII sexagenas interdixit et est secundus.

**67.** Nicolaus fusor campanarum ∕. Lucas. Eodem die et iudicio Nicolaus fusor campanarum super hereditates et omnia bona mobilia et immobilia Luce mariti quondam Symonisse XIIIII marcas cum I fertone interdixit et est primus.

**68.** Martinus et Paschco Ungari. Eodem die et iudicio Martinus Ungarus super bona Paschconis Ungari concius II marcas interdixit.

**69.** Tenczeler ∕. Iacuscherdo. Eodem die et iudicio Nicolaus Tenczeler et Iacuscherdo aperte recognouerunt, quod omnia bona tam in debitibus, quam in aliis bonis ipsorum sunt communia.

**70.** Kystustur ∕. Cotlubey. Feria sexta infra octauas Epyphanie (*9 stycznia 1383 r.*). Kistustur et Cotlubey frater Noradyn *tolmaczy* coram dominis consulibus presencialiter constituti palam recognouerunt, quod Sewnucz fratuelis Atlabey *tolmacz* in extremis suis positus omnia et singula sua bona, que tunc circa se habuit vna cum anima sua patruo suo pretacto Attabey dedit et assignauit. |

15      **71.** Iohannes Engelusch ∕. Iohannes Schuler. Feria quarta proxima ante festum Purificacionis Marie (*28 stycznia 1383 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Iohannes Engelusch de Sandomeria super omnia bona mobilia et immobilia Iohannis Schuleri II marcas minus uno lotho interdixit et est tercius.

**72.** Schloma Iudeus ∕. Paschco Ungarus. Eodem die et iudicio Schloma Iudeus super domum Paschconis Ungari V marcas cum I fertone interdixit et est quartus.

**73.** Iohannes Soben ∕. Czymbirmann. Eodem die et iudicio Iohannes Soben concius in Lublin super hereditates et bona mobilia et immobilia Czymbirmanni de Czereth XXVIII marcas interdixit et est primus.

**74.** Eodem die et iudicio Iacobus Iudeus filius Yseczkonis Kaczadur katholicum amonuit pro XIIIII marcis minus V lotis, qui Kaczadur aperte recognouit, se in eisdem pecuniis sibi fore obligatum.

**75.** Schloma Iudeus ∵. Lucas. Eodem die et iudicio Schloma Iudeus super aream Luce mariti quondam Symonisse LXX grossos interdixit et est secundus.

**76.** Awedys ∵. Sennanchaton. Feria quinta in die sancte Agathe (*5 lutego 1383 r.*). Awedio Bogdanowicz coram dominis consulibus palam recognouit, quod cum Sennanchaton quondam vxori Arekel de omnibus et suis bonis per ipsum Arekel relictis, vnonem et concordiam inter se fecerunt sic, quod neque ipse nec aliquis affinis alium habet alloqui neque infestare verbis neque factis. |

**77.** Margaretha ∵. Kunczchyn sartor. Feria quinta in <sup>16</sup> die sancte Agathe (*5 lutego 1383 r.*). Margaretha relicta Schorenbrandi aperte recognouit coram dominis consulibus, quod Kunczchyn sartor hereditatem seu domum apud ipsum Schoranbrant emptam integraliter persoluit sic, quod ipsa eum liberum dimisit et solutum.

**78.** Nicolaus Brundok ∵. Awak. Eodem die iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Nicolaus Brondok super omnia et singula bona Awak Armeni interficti XVIIIII marcas interdixit et est primus, eciam inclusio, quod omnem vsuram, quam super ipsum Brondok cedit, intra quod sua bona videlicet XVIII marcas non habebit, debet conputare et in eisdem bonis repetrere.

**79.** Martinus ∵. Paschco Ungarus Eodem die et iudicio Martinus de Nouo Castro super domum Paschconis XII marcas interdixit et est quintus.

**80.** Henricus frater Bernhardi ∵. Michael sellator. Feria quarta proxima ante dominicam Oculi (*18 lutego 1383 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Henricus frater Bernhardi sartoris quondam conciuis Halicensis, Michaelem sellatorem pro bonis eiusdem Bernhardi pye memorie sui fratris inculpauit. Tandem quod pretactus Michael litteris ciuitatis Halicensis approbauit et iusticiam et

innocenciam contra ipsum expurgauit ita, quod ipse iure per scabinos liber fuit iudicatus et solutus.

**81.** Nicolaus institor ∵. Michael sellator. Eodem die et iudicio Nicolaus institor de Praga institam suam Michaeli sellatori iuste vendicionis titulo libere resignauit. |

**17 82.** Petrus Brun ∵. Nicolaus Opecko ∵. Kuncko Iungelkos. Eodem die et iudicio dominus Petrus Brun et Nicolaus Paczkonis promiserunt Konnekoni Iungilkus de Thorun, quilibet ipsorum pro XIII marcis, quam quidam pecuniam in festo Natiuitatis sancti Iohannis nunc proximo instante sibi solida manu persoluere tenentur et pagare in paratis pecuniis nullum sibi vadium ponendo.

**83.** Petrus Brun ∵. Kuncko prescriptus. Eodem die et iudicio dominus Brun et Nicolaus prescripti prefato Kunkoni Iungilkus pro XIII marcis solida manu promiserunt et eandem pecuniam in festo sancti Iohannis, prout antea continetur sibi soluere tenentur, nullum sibi vadium ponendo. Summa pecunie XXXVI marcarum pertinet Gotkoni de Allen in Thorun.

**84.** Relicta Schuleri ∵. Czymirman de Sereth. Eodem die et iudicio Katharina relictta Schuleri de Colomya vna cum pueris suis aream suam quondam Rumchyni carnificis prouido viro Czymmirmanno de Sereth iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**85.** Anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo tercio feria quarta proxima post dominicam Quasimodo geniti (*1 kwietnia 1383 r.*) iudicium fuit bannitum per Iohannem Amen tunc aduocatum et septem scabinos subnotatos videlicet Nicolaum Clettendorf, Nicolaum Briger, Iohannem Kerewedir, Friczkonem de Smotricz, Mathiam Storring, Petrum Melczer et Petrum Stacher.

**86.** Henricus Crebil ∵. Peschco balneator. Eodem die et iudicio Henricus Crebil vnum quartale vnius lanei Peschconi quondam balneatori iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**87.** Walpurgis ∵. Peschco balneator. Eodem die et iudicio Walpurgis relicita Iohannis Czop dimidium laneum laneo Peschconis

balneatoris contigue coniunctum eidem Peschconi balneatori iuste vendicionis titulo libere resignauit. |

**88.** An nefal *✓*. Conradus Rippin. Feria quarta proxima 18 ante diem sancti Georgii (22 kwietnia 1383 r.) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Anefal carnifex omnem partem hereditatis, quam in domo quondam Iohannis Neumeyster habuit Conrado Rippin abrenunciando palam resignauit.

**89.** Kaczarys *tolmacz* *✓*. Petrus Kessilhut. Eodem die et iudicio Kaczarys *tolmacz* de omnibus et singulis debitis, in quibus Petrus Kessilhut sibi extiterat obligatus ipsum Petrum liberum, quitum dimisit et solutum.

**90.** Eodem die et iudicio reicta Peschconis fabri dimidium laneum Niczkoni balneatori iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**91.** Eodem die et iudicio Iohannes Amen aperte publicauit, quod ipse ante aliquibus temporibus dimidium laneum apud Georgium Botlenum et alium dimidium apud Nicolaum Schyler emit et comparuit et hoc ipsi Georgius et Schiler coram iudicio fassi sunt.

**92.** Eodem die et iudicio Niczko Mergenburg super domum sev hereditatem Niczkonis Tropper X marcas cum X lotis interdixit et est primus.

**93.** Eodem die et iudicio Hannos Gosil super domum et hereditatem Niczkonis Tropper X marcas cum I fertone interdixit et est secundus.

**94.** Eodem die et iudicio Petrus Ponicz publicauit, quod dimidiad partem domus et braseatorii Niczkonis Tropper cum sua pecunia edificauit et sua propria est hereditas. Et super aliam dimidiad partem domus et braseatorii ad ipsum Niczkonem Tropper pertinentem idem Petrus Ponicz VIII marcas super rationem interdixit et est tercius. |

**94a.** Eodem et iudicio Petrus Stacher super omnem hereditatem 19 Niczkonis Tropper III marcas interdixit et est quartus.

**95.** Feria quarta proxima ante diem sancti Stanislai (*6 maja 1383 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Nicolaus Zosenberg vnum quartale aree ex oposito Gregorii Stecher, Petro Crapicz et Doringo muratori iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**\*96.** Feria quarta proxima post diem sancte Trinitatis (*20 maja 1383 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Parwus Iohannes de Warschouia super domum et hereditatem Grande Iohannis LV marcas interdixit et est primus.

**97.** Eodem die et iudicio Petrus Stecher domum suam in acie ex opposito ecclesie beate Virginis iacentem, prout in suis limitibus longe et late est distincta, Henrico de Treblaw iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**98.** Feria sexta in die beatorum Iohannis et Pauli (*26 czernica 1383 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Thomas Bohemus ex parte Nicolai Cleppel de Cracouia super omnia bona mobilia et inmobilia et hereditates Asslany Armeni filii Pannosso centum marcas interdixit et est primus.

**99.** Eodem die et iudicio Theodricus Smelczer super hereditates et omnia bona mobilia et inmobilia Martini Rotermel IX marcas cum XII grossis interdixit et est quintus. |

**20 100.** Eodem die et iudicio Niczko Mergenburg palam recognouit, se Petro Delynkir de Thorun in X sexagenis fore debitorie obligatum, quas quidem pecunias prefatus Niczko pretacto Petro infra spacium quatuor septimanarum abs omni protractione soluere promisit, quod non fecerit, extunc prenominatus Niczko se obligauit eidem Petro prehabitas pecunias primo die pagare, prout tunc in magno acquiesuit super eum iudicio.

**101.** Eodem die et iudicio Anthonius sororius quondam Lazari pensatoris aperte recognouit, se honorande domine Margarethe eiusdem Lazari reliete in X marcis fore debitorie obligatum, et easdem pecunias quocunque per ipsam ammonitus fuerit soluere promisit abs omni dilacione et pagare.

**102.** Feria quarta proxima post diem sancti Iacobi (*29 lipca 1383 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Asslabaron katholicus de omnibus causis, quas Peschco Bohemus de Lublyn contra eum habuit agitare, per scabinos liber fuit iudicatus et solutus.

**103.** Eodem die et iudicio Iohannes Amen, Iohannes Kerewider, Nicolaus Keczerer aperte recognouerunt, quod vniōnem et concordiam inter Nicolaum Schuldirbeyn et inter Iohannem Kessler ordinauerunt sic, quod Schuldirbeyn pretacto Iohanni de omnibus debitibus, in quibus sibi debitor extiterat, duos boues dedit et Iohannes ipsum liberum dimisit penitus et solutum. |

**104.** Eodem die et iudicio Abraham Pannossowicz aream octo 21 vluarum Iohanni Arczybey katholico iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**105.** Feria quarta infra octauas Assumptionis Marie (*19 sierpnia 1383 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Iakusch Sczablak domum suam domui Anthonii coniunctam in plathea Tartharorum iacentem Henrico de Snethyn iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**106.** Eodem die et iudicio Doringus murator domum suam ex opposito Gregorii Stacher iacentem Mezebaroni Armeno iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**107.** Eodem die et iudicio domini consules ex parte tocius ciuitatis vnam institam sub diuitibus institis iacentem A. Engilbrechto iuste vendicionis titulo libere resignauerunt.

**108.** Eodem die et iudicio prescripti domini consules vnam institam ibidem sub institis iacentem Bartholomeo Krug iuste vendicionis titulo libere resignauerunt.

**109.** Eodem die et iudicio domini consules ex parte tocius comunitatis vnam institam sub prescriptis institis iacentem Bolczoni pelliſſici iuste vendicionis libere resignauerunt. |

<sup>22</sup> **110.** Eodem die et iudicio Symon Filchater institam suam sub diuitibus institis iacentem Sirkys Armeno iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**111.** Eodem die et iudicio Mamusch vxor siue relicta Ywanis monetarii super laneum Tatharczy priuigni sui XV marcas interdixit et est prima.

**112.** Eodem die et iudicio Iaczko aurifaber Ruthenus super hereditatem Marie matris sue in plathea Iudeorum iacentem II marcas interdixit et est primus.

**113.** Eodem die et indicio domini consules ex parte ciuitatis aream quondam Treutlonis domui Curti Pauli contigue coniunctam Frydloni de Kamencz iuste vendicionis titulo libere resignauerunt.

**114.** Eodem die et iudicio Petrus Ponicz prescripto Frydloni de Kamencz vnam cameram pannicidarum iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**115.** Nicolaus Freudental ✓ Henricus Rymer. Eodem die coram dominis consulibus Nicolaus Freudental in asesso consilio publice recognouit, se Henrico Rymer de Kamencz in  $XV\frac{1}{2}$  marcis grossorum fore obligatum. Et de eisdem pecuniis pro censu singulis annis  $I\frac{1}{2}$  marcas ipsi Henrico soluere promisit, sed eunden censem pro  $XV\frac{1}{2}$  marcis prescriptis ipse Nicolaus Freudental a Henrico pre-tacto potest liberare et pro eisdem pecuniis Iencz filius Hanconis Reuse vna cum Nicolao Glezer suo sororio promiserunt, et coram dominis super domus et hereditates suas totaliter conscribere iusserunt sic, quod hereditates ipsius Nicolay Frudental omnes debent esse libere. Et de prescriptis pecuniis Nicolaus Glazer XI marcas minus I fertone domum suam exemendo persoluit. Domini consules percepérunt. |

<sup>23</sup> **116.** Eodem die et iudicio Hannos Amyr publice recognouit, in XXX marcis Muratho Armeno se fore obligatum, et pro eisdem pecuniis balneam stubam suam Armenicalem foris ciuitatem iacentem sibi ratione vadii proposuit, tali condicione interiecta, quod idem Murath censem de eadem stuba tollere debet tam diu, quoisque ipse pecunias

suas prescriptas videlicet XXX marcas integraliter percipiet, quibus perceptis prefato Iohanni Amyr pretactam balneam tenetur viceuersa reddere et resignare.

**117.** Feria quarta in crastino sancti Michaelis (*30 września 1383 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio prouidus et honestus Henricus Clemme domum suam videlicet domui Peschconis fabri coniunctam prouido viro Nicolao pellifici iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**118.** Eodem die et iudicio prescriptus Henricus Clemme aream dimidie curie prefate domui coniacentem Doringo muratori iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**119.** Eodem die et iudicio Niczko pellefex quartale vnius curie pueris Hankonis Reuse ipsorum domui coniunctum ipsis pueris iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**120.** Feria quarta proxima ante diem sancti Martini (*4 listopada 1383 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Stanytslaus cum fratre filii quondam Prednykonis domum suam in plathea Tartharorum iacentem Petro Saxoni carpentario iuste vendicionis titulo libere resignauerunt. |

**121.** Eodem die et iudicio Petrus Saxo carpentarius Stanytslao<sup>24</sup> cum fratre filii quondam Prednykonis domum suam in plathea Tartharorum iacentem iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**122.** Eodem die et iudicio Niczko Mergenburg aperte recognouit, se Nicolao Schonecromer in IV<sup>1/2</sup> marcis fore debitorie obligatum, et promisit cum hereditate sua super festum Nativitatis sancti Iohannis tunc proximo instante abs omni dilacione persoluere et pagare. Quod non fecerit, extunc prefatus Schonecromer hereditatem ipsius Mergenburg potest et debet vendere tanquam pignus investigatum ac iure acquesitum.

\*  
**\*123.** Eodem die et iudicio Barthusch Melczer, Iohannes Porsleger et Grande Iohan palam recognouerunt, se Iohanni Kalen de Thorun

in LXXXIII marcis pruthenicalis numeri fore debitorie obligatos, et promiserunt solida manu' vna cum hereditatibus suis de prefatis pecuniis super Carnisprium tunc proximo instante XLII marcas et super festum Pasche residuas XLII marcas absque omni protraccione soluere et pagare. Quod si non fecerint, extunc hiis terminis peractis prefatus Iohannes Kale hereditates prescriptorum hominum potest vendere sicuti eas iure acquiesuisset. |

25      **124.** Eodem die et iudicio Curtus Paulus vnam cameram pannicidarum Nicolao Briger iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**125.** Eodem die et iudicio Iohannes Libintal de Cracouia ex parte Georgii Arnsberg XX sexagenas grossorum, in quibus Nicolaus Opaczko conciuis noster Iohanni Czolner de Cracouia debitor existit, iudicialiter arrestauit et interdixit et est primus. Et Stanyslaum Arnsbergum idem Libintal loco sui cum adesse non poterit plenipotentem effecit procuratorem, tamquam hiis omnibus personaliter interesset.

**126.** Feria quarta proxima post diem sancti Andree (*2 grudnia 1383 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Zachary sacerdos ruthenicalis super domum Chodorycz IIII marcas interdixit et est primus.

**127.** Eodem die et iudicio Schlomo Iudeus super domum eiusdem Chodorycz V fertones interdixit et est secundus.

**128.** Eodem die et iudicio Schano Iudeus super domum prescripti Chodorycz V fertones interdixit et est tercius.

**129.** Eodem die et iudicio Zozer vnum laneum in libertate ciuitatis iacentem Zacharye sacerdoti, Iohanni Orel et Ywano Rutheno iuste vendicionis titulo libere resignauit. |

26      **130.** Eodem die et iudicio Niczko Grunewalt domum suam quondam Kreschonis Nicolao carnifici iuste vendicionis titulo libere resignauit.

\***131.** Eodem die et iudicio Iohannes Kessilhut super domum et omnia bona mobilia et immobilia Frydlonis de Kamencz XXV marcas cum I fertone interdixit et est primus.

## 1384.

**\*132.** Feria quarta infra octauas Epyphanie (*13 stycznia 1384 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram iudicio Iohannes Kessilhut de Gracouia super hereditates et omnia bona mobilia et inmobilia Frydlonis de Kamencz XXV marcas cum I fertone interdixit et est primus.

**133.** Eodem die et iudicio Petrus Sachse braseatorium suum ex apposito fratrum Minorum iacentem Hankoni Clopper iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**134.** Eodem die et iudicio Petrus Saxo super domum Chodorycz in plathea Tartharorum iacentem LVI grossos interdixit et est tercarius.

**135.** Eodem die et iudicio Petrus Glywicz  $\frac{1}{2}$  partem cerdatorii retro molendinum foris portam Halicensem iacentem Nicolao Brenner sutori iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**136.** Eodem die et iudicio Iohannes Rychel de Legenicz super domum et omnia bona mobilia et inmobilia Frydlonis de Kamencz XII marcas interdixit et est quartus. |

**137.** Eodem die et iudicio ac coram dominis consulibus Nycolay 27 Scheublonis relicita palam recognouit, quod Iohannes Worst vnam cameram pannicidarum, in qua ipsa pannum scidit causa amicicie ei concessit, et eandem cameram per biennium habet et debet ipsa possidere, quibus autem duobus annis transactis ipsa prescriptam cameram eidem Iohanni Worst vel successoribus ipsius legitimis tenetur reddere et resignare.

**138.** Feria sexta in die sancte Agathe (*5 lutego 1384 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Iacobus Schenewicz super omnia bona mobilia inmobilia et hereditates Iohannis quondam Fleyschbank V lapides cere interdixit et est primus post obitum ipsius Fleyschbank.

**139.** Eodem die et iudicio Bartholomeus Kruk super institam et omnia bona mobilia et inmobilia Niczkonis Bohemi sui socii VI marcas interdixit et est secundus.

**140.** Eodem die et iudicio Paulus scriptor, Peschco Melczer, Matthias Steynbrecher et Martinus de Nouo Castro palam recognouerunt, quod talem vunionem et concordiam inter dominam Dorotheam Otlykonis relictam et inter Georgium et Nicolaum priuignos eius (ordinauerunt) sic, quod ipsa cum suis pueris de omnibus et singulis bonis, hereditatibus ac omnibus aliis rebus mobilibus et inmobilibus existentibus per ipsum Otlykonem relictis  $1\frac{1}{2}$  partes debet recipere et habere. |

28      **141.** Notantur acta ex bannito iudicio conscripta a festo Kathedre sancti Petri (*22 luteo 1384 r.*) incipiendo anno Domini millesimo CCC octuagesimo quarto.

**142.** Et notatur, quod eodem anno Michael de Styna fuit aduocatus, Nicolaus Briger, Iohannes Kerewidir, Petrus Folmar, Henricus de Trebaw, Friczko de Smotricz, Petrus Melczer et Petrus Stecher hii fuerunt scabini.

**143.** Iohannes Orient *✓*. Creuczburg. Feria quarta proxima ante dominicam Reminiscere (*2 marca 1384 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Iohannes Orient de Cracouia ex parte nepotis Valentini super omnia bona mobilia et inmobilia Iohannis Creuczeburg XXX marcas cum I fertone interdixit et est primus.

**144.** Petrus Melczer *✓*. Creuczeburg. Eodem die et iudicio Petrus Melczer super omnia singula bona prescripti Iohannis Creuczeburg VII fertones interdixit et est secundus.

**145.** Petrus Fogelyngesanc *✓*. Creuczeburg. Eodem die et iudicio Petrus Fogelyngesank super omnia et singula bona pretacti Iohannis Creuczeburg et Staschconis institoris XXIII marcas minus X latis grossis, quas ipsi apud eum solida manu receperunt, (interdixit), et super bona Iohanni Creuczeburg est ipse tercius, sed super Staschconis est ipse primus.

**146.** Atlabey Armenus. Eodem die et iudicio Atlabey Armenus filius Costrow a Danyele sacerdote Ruthenicali ratione quendam (*sic*) hereditatis, pro qua ipsum inculpauerat, liber penitus est per scabinos ab eo iudicatus et solutus. |

**147.** Nicolaus fusor *✓*. Lucas. Eodem die et iudicio Nicolaus fusor campanarum super aream Luce XIII marcas interdixit et est primus. 29

**148.** Bogdan *✓*. Martinus Warschaw. Eodem die et iudicio Bogdan cognomine Charowicz Armenus super omnia et singula bona Martini Warschaw de Cracouia XX marcas III fertones in staminibus *harras* dictis viridi coloris interdixit et est primus.

**149.** Martinus Rothermel *✓*. Michael Ax. Eodem die et iudicio Martinus Rotermel domum suam inter domum Iohannis Kerewidir et Peschonis Bohemi de Lublyn in circulo iacentem, prout in suis limitibus ante et retro, longe ac late fundamentaliter est limitata et distincta Michaeli Ax tunc notario ciuitatis iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**150.** Kaczadur katholicus *✓*. Iacobus Iudeus. Feria quarta proxima ante dominicam Iudica (23 marca 1384 r.). Coram aduocato et scabinis Kaczadur katholicus domum suam in VII marcis per duos menses Iacobo Iudeo proposuit, quod si infra spacium predicatorum duorum mensium non redimerit, extunc prescriptus Iudeus eandem domum potest vendere tamquam eam iure acquisiuisset. Eciam promisit prefatus Kaczadur pretacto Iudeo pro IIII marcis minus V lottis pro se dare cautelam et fideiussoriam bonam. |

**151.** Saymnelyk reicta *✓*. Herbyth Armenus. Feria 30 quarta proxima ante festum Palmaruni (30 marca 1384 r.) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Saymnelyk reicta Iolbey institoris vna cum Anna sua nata institam suam Herbytho Armeno iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**152.** Relicta Nicolai Schrammonis *✓*. Ernst. Feria quarta proxima ante dominicam Domine ne longe (30 marca 1384 r.) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio reicta Nicolay Schrammonis ortum suum Breui Georgio Ernst iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**153.** Anthonius Gallicus *✓*. Hummel. Eodem die et iudicio Anthonius Gallicus  $\frac{1}{2}$  laneum Niczkoni Hummel sutori iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**154.** Prescriptus ∵. Ludmar. Eodem die et iudicio prescriptus Anthonius Iohanni Ludmar  $\frac{1}{2}$  laneum iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**155.** Wernusch sutor ∵. Crebel. Eodem die et iudicio Wernusch sutor ortum suum Henrico Crebel iuste vendicionis titulo libere resignauit. |

31      **156.** Sayn relict a Iolbey ∵. Anna. Eodem die et iudicio relicita Iolbey institoris hereditates et omnia sua bona mobilia et immobilia Anne sue nate spontanea mente resignauit et dedit.

**157.** Iohannes Gebuwir ∵. Henricus gener eius. Eodem die coram dominis consulibus prouidi et honesti Nicolaus Kezeling, Kurtus Paulus, Pescho Melczer et Girko Smethus palam recognouerunt, quod ipsi talem vniōnem et concordiam inter Iohannem Gebuwir et Henricum generum eius ac filiam ipsius Iohannis talem vniōnem et concordiam ordinauerunt, quod ipse Iohannes pro omni diuisione hereditatum atque omnium aliorum bonorum mobilium et immobilium ad ipsam Annam ex parte sue matris pertinencium XXIIII marcas dedit integraliter et persoluit, et quicunque inter eos prescriptam concordiam correxerit, hic pro pena X marcas ciuitati dare tenetur.

**158.** Petrus Folmar ∵. Folquynus. Feria quarta proxima post dominicam Quasimodo geniti (20 kwietnia 1384 r.). Coram dominis consulibus Folquynus de Cracouia personaliter constitutus aperte recognouit, quod Petrus Folmar conciuis noster ex parte omnium successorum legitimorum Hankonis Swarcz bone memorie sibi quatuor marcas persoluit, in quibus ipse Hanko Swarcz post obitum ipsi Folquyno debitor remanserat. Et ista omnia cum iussu et mandatis ciuitatis facta et acta fuerunt.

**\*159.** Iohannes Orient ∵. Grande Iohann. Eodem die et iudicio Iohannes Orient de Cracouia ex parte Wynkonis Danczk conciuis ibidem Cracouiensis super domum et omnia bona mobilia et immobilia Grande Iohannis conciuis nostri LIIII marcas grossorum, in quibus ipse Grande Iohann debitor existit interdixit, et est primus.

**160.** Michael Odsrygost ∕. Ieschko laterifex. Eodem die et iudicio Michael dictus Odsrygost domum suam circa platheam Iudeorum iacentem Ieschconi laterifici iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**160a.** Gerko Smethus ∕. Petrus Naze. Eodem die et iudicio Gerko Smethus ortum quondam Nicolay Szwanyci foris portam Halicensem iacentem Petro Naze cerdoni iuste vendicionis titulo libere resignauit. |

**161.** Iohannes Gebuwir ∕. Iohannes Kesselhut. Feria <sup>32</sup> quarta proxima post dominicam Quasimodo geniti (*20 kwietnia 1384 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Iohannes Kesselhut concuius noster ad repetendum et exigendum omnia sua debita prouidum et honestum Hendzlynum Gebuwir suum sōrorium plenipotentem effecit et constituit procuratorem.

**162.** Peschko Bohemus ∕. Yzenhutel. Eodem die et iudicio honestus Peschko Bohemus de Lublyn aream suam sew hereditatem in circulo inter domus Michaelis tunc notarii ciuitatis ac Emynadini Armeni iacentem, edificiis et lignis in eadem iacentibus et existentibus, prout in suis in metis et limitibus ante et retro est limitata et distincta, Petro Yzenhutel iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**163.** Stanislaus Przemko ∕. Hyncyl Melczer. Eodem die et iudicio Stanislaus Przemkowicz I mansum Henczlyno Menczel iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**164.** Mezebaron ∕. Arczibey. Eodem die et iudicio Mezebaron Armenus super domum Arczibey IIII grossos (*sic*) minus X grossis interdixit.

**165.** Ruffus Thomas ∕. Iohannes faber. Eodem die et iudicio Ruffus Thomas domum suam in plathea Halicensi situatam, prout in suis limitibus longe et late est distincta, Iohanni fabro rite rationabiliter vendidit et resignauit. |

**166.** Anefal ∕. Conradus Rippin. Feria quarta in vigilia <sup>33</sup> Ascensionis Domini (*18 maja 1384 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram

quo iudicio Nicolaus Anefal carnifex honestum virum Conradum Rippin de omnibus diuisionibus hereditatum ac omnium aliarum rerum mobilium et inmobilium liberum quitum penitus dimisit et solutum.

**167.** *Domina Dorothea* ∵. *Georgius Nicolaus*. Eodem die et iudicio prouidi et honesti Curtus Paulus, Paulus scriptor, Georgius Ernest et Bartholomeus braseator palam recognouerunt, se talem vnionis concordiam inter dominam Dorotheam relictam quondam Otlykonis Bohemi et inter Georgium et Nicolaum priuignos eius fecisse et ordinasse sic, quod prefata domina Dorothea cum suis pueris dimidiam partem tocius domus in ciuitate iacentem pro sua parte hereditaliter debet habere, residuam autem medietatem eiusdem domus pretacti Georgius et Nicolaus cum omnibus et singulis hereditatibus in villa existentibus pro se perpetualiter debent retinere, sed seges sev segetes yemales in villa hoc anno per ipsos semminatas inter se cum domina Dorothea per medium debent diuidere, et qui inter eos corrigere aut infringere presumpserit hanc concordiam, hic vel hec decem marcas ciuitati pro pena dare tenetur.

**168.** *Iacobus Abczych* ∵. *Petrus Onclus*. Eodem die et iudicio Iacobus Abczych de Nyssa, Petrum Onclum de Moldauia de XIIII marcis, in quibus ipse sorori sue extiterat debitor liberum dimisit et solutum ex parte sue sororis.

**169.** *Iohannes katholicus* ∵. *Stephanus aurifaber*. Eodem die et iudicio dominus Iohannes quondam Armenus nunc vero katholicus domum Pauli Sahac sui fratris Stephano aurifabro Armeno iuste vendicionis titulo libere resignauit. |

84      **\*170.** *Iohannes Amyr* ∵. *Brun Pharrer*. Eodem die et iudicio Iohannes Amyr Armenus super domum Brunn Pharrer ex parte Karacbey katholici XLVIII marcas grossorum vsualium interdixit ita, quod idem Karacbey super eandem domum est primus.

**171.** *Leno Ruthenus* ∵. *Franczko Wytchen*. Eodem die et iudicio Leno Ruthenus vnum maccellum sev scampnum carnificum Franczkoni Foytchyn iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**172.** Choda Ruthena. Eodem die et iudicio Choda Ruthena cum Michaeli suo nato soror quondam Chodoricz super domum eiusdem Chodoricz in plathea Tartharorum iacentem XL marcas grossorum interdixit.

**173.** Heschka ∵. Georgius Ernest. Eodem die et iudicio Heschka Ruthena vnum maccellum siue scampnum carnificum Georgio Ernest vendidit et resignauit. |

**174.** Iwanis Michithy ∵. Iohannes Porsleger. Feria 35 quarta ante festum Penthecostes Domini (*25 maja 1384 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Ywanis frater Mykythy palam, se Iohanni Porsleger nostro conciui in XXII $\frac{1}{2}$  marcis grossorum lemburgensis pagamenti fore debitorie obligatum, recognouit. Pro quibus debitis idem Ywanis pro fideiussoria pro se hos subnotatos cum sua instita et vna hereditate Awak Armeni carnificis proposuit. Primus fideiussor Andreas filius Chaczyko sacerdotis, Awak carnifex, Ywany carnifex, Thorus Suranyk, Gregor sutor Armenicalis promiserunt. Et super omnia prescripta Hannos Amyr prefata debita infra spacium octo septimanarum cum predictis hereditatibus pro eisdem fideiussoribus spospondit et voulit exigare et persoluere.

**175.** Filius Lewonis ∵. Saray. Feria quarta in vigilia Corporis Christi (*8 czerwca 1384 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Hannos filius Lewonis institam suam in acie situata Saray filio Orus iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**176.** Iacusch Sczelak. Eodem die et iudicio Iakusch Sczelak ex parte Symonis de Smotricz super domum Chodoricz IV $\frac{1}{2}$  marcas interdixit et est quartus. |

**177.** Niczko pellefex ∵. Iohannes Stynaw. Eodem die 36 et iudicio Niczko pellefex cum sua vxore hereditatem sev allodium quantum ad ipsum necnon ad ipsam et ad puerum eius pertinebat de iure Iohanni de Stynaw iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**178.** Freudental ∵. Franczko. Feria quarta proxima ante diem sancti Iohannis (*22 czerwca 1384 r.*) iudicium fuit bannitum.



Coram quo iudicio Nicolaus Freudental medietatem domus quondam Elrici Lepper Franczkoni genero suo iuste vendicionis titulo libere resignauit et pecunias, in quibus Kunczchyno Steynkeller de eadem domo obligabatur, idem Franczko totaliter persoluit.

**179.** Gelucke ∕. Glywicz sartor. Eodem die et iudicio Nicolaus Sruof ex parte Gelucke de Galczk domum eiusdem Gelucky prouido viro Nicolao Glywicz sartori iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**180.** Anna Teschener. Eodem die et iudicio Anna vxor Niczkonis Ungirlyn fabri domum suam ante portam Tartharorum iacentem prouido viro Niczkoni Teschener fabro iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**181.** Paczoldus ∕. Longus Iacusch. Feria quarta in octaua beatorum Petri et Pauli (*6 lipca 1384 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Paczoldus percussor oley quinque quartalia agri foris ciuitatem iacula Longo Iacuschoni pistori et Kunczoni genero eius iuste vendicionis titulo libere resignauit. |

**182.** Bolcze ∕. Questel. Eodem die et iudicio Nicolaus Bolcze pellifex institam suam instite Keczereri coniacentem Hendzlyno Questel et Franczkoni filio suo corrigiatoribus iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**183.** Iohannes Beuthom ∕. Gerlyn. Feria quarta infra octauas Assumptionis Marie (*17 sierpnia 1384 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio honestus Iohannes Beuthom tunc vitricus ecclesie institam eiusdem ecclesie beate Marie Virginis Gerlyne instatrice (*sic*) iuste vendicionis titulo libere resignauit.

\***184.** Orsula. Eodem die et iudicio Orsula vxor legittima Groczkeglonis sutoris vnum opus sutorium sev scampnum cum omnibus operibus sutoris Iohanni cerdoni pro III fertonibus ratione veri vadii proposuit et obligauit.

**185.** Danyel ∕. Asslabaron. Eodem die et iudicio Danyel filius Zacharie institam vnam Iohanni Asslabaron katholico resignauit.

Et eodem die et iudicio prefatus Iohannes Asslabaron eandem pretac-tam institam Atlabey *tolmacz* Armeno iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**186.** Niclos Eckel ∵. Bolcz. Eodem die et iudicio Niclos Eckel institam suam inter diuitibus institis iacentem Nicolao Bolcz recte regulariter vendidit et resignauit.

**187.** Bartusch ∵. Halpritter. Eodem die et iudicio Bartusch braseator tamquam legitimus tutor relicte antiqui molendinatoris ortum quondam Eppries ante portam Haliczensem iacentem Zydloni Halpritter vendidit et resignauit. |

**188.** Anthonius ∵. Nicolaus Reuse. Eodem die et iu-<sup>38</sup> dicio Anthonius quondam filius Nicolay Rumchyn Nicolao filio Pe-schconis Reuse vnum macellum sev scampnum carnificis vendidit et resignauit.

\***189.** Eodem die coram dominis consulibus Awacharon Armenus gener Ywanis quondam monetarii publice recognouit, se Bogdano tunc monetario in XX marcis grossorum visualis pecunie fore debitorie obli-gatum, pro quibus quidem pecuniis duas domus suas ratione vadii proposuit sic, quod idem Bogdanus super easdem debet esse primus.

**190.** Orsula ∵. Porsleger. Feria quarta proxima post diem Decolacionis sancti Iohannis (*31 sierpnia 1384 r.*) iudicium fuit banni-tum. Coram quo iudicio Orsula vxor legitima quondam Groczkegil su-toris vnum opus sutoreum sev scampnum cum omnibus operibus siue instrumentis sutoris Iohanni Porsleger pro I marca grossorum ratione veri vadii proposuit. Sic idem Iohannes est secundus.

**191.** Slickenpfyl ∵. Kotlener. Eodem die et iudicio Hen-dlynus Slickenpfyl domum suam domui Martini Luzenpelcz coniacentem Iohanni Kotlener pistori iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**192.** Saym ∵. Ywanys. Eodem die et iudicio Saym relicta Iolbey katholici domum suam vnius quartale latitudinis Ywanys sacerdoti Armenicali iuste vendicionis titulo libere resignauit. |

<sup>39</sup> **193.** Nicolaus Opaczko ∕. Agnetha. Eodem die et iudicio prouidus et honestus Nicolaus Opeczkonis personaliter constitutus sano corpore, maturo animo et bene satis deliberato omnes suas hereditates intra et extra muros existentes ac omnes suas villas necnon omnia sua bona magna et parua mobilia et immobilia, quibuscumque nominibus vocentur, domine Agnethe vxori sue legittime publice resignauit sic, quod ipsa post suum obitum prescriptas hereditates et omnia bona, ut preferitur, debet perpetue, pacifice et hereditarie possidere et in vsus suos quoslibet conuertere, prout sibi melius videbitur expedire, ac post obitum prefate domine Agnethe quicunque de affinibus eius se de hereditatibus, villis et omnibus aliis bonis intromiserit, hic consangwinibus propinquioribus ipsius Nicolai Opaczkonis L marcas grossorum visualis pecunie dare tenetur.

**194.** Curtus Paulus ∕. Longus Chodor. Eodem die coram dominis consulibus Curtus Paulus personaliter constitutus palam tamquam tutor legittimus ex parte domini Michaelis Szabe recognouit, quod dominus Michael Longo Chodoro aream suam retro Predicatores situatam recte et regulariter vendidit.

**195.** Orus ∕. Yzenhutel. Feria sexta post diem Exaltacionis sancte Crucis (*16 września 1384 r.*). Coram dominis consulibus Orus institutor ex parte Kunczchyn Steynkeler Petro Yzenhutel VI marcas persoluit. |

<sup>40</sup> **\*196.** Eodem die coram dominis consulibus Andreas cum barba in sua propria domo existens, omnia et singula sua bona, hereditates et omnia mobilia et immobilia omnibus suis pueris pro equali porcione assignauit sic, quod vñusquisque eorum similem et equalem absque omnibus prerogatiuis debet recipere porcionem. Et si Margeretha filia eius, vxor Paschconis de Krywicz aliquem partem diuisionis ex parte sue matris voluerit habere precise, extunc ipsa omnes pecunias per ipsam antea receptas et super ipsam pro vestimentis et aliis necessariis expositas et distributas ad porcionem inponere tenetur, et tunc potest prerogatiua ex parte sue matris repetere porcionem.

**197.** Consules ∕. Iohannes Gebuwir. Eodem die domini consules recognouerunt, quod Nicolaus Cletlendorf vna cum sua

legittima vxori filia inopsis quondam pistoris, dimidiam aream ex opposito balney stube iacentem ante aliquibus annis iuste vendicionis titulo Iohanni Gebuir resignauerant, prout in libris ciuitatis conscriptum extiterat, qui libri in incensione ciuitatis combusti sunt.

**198.** Relicta Zydlonis ∵. Gerko Smethus. Eodem die domini consules recognouerunt, quod honoranda domina relictta Zydlonis Platlener de area sui domus retro institam Gerkonis Smethus longitudinis XXIII vluarum, latitudinis vero III vluarum iuste vendicionis titulo ante aliquibus temporibus resignauerat, prout eciam in libris ciuitatis combustis conscriptum extiterat, et domini consules hoc testimonium conscribere iusserunt. |

**199.** Iohannes carnifex ∵. Martinus. Feria quarta pro-<sup>41</sup> xima ante diem beatorum Symonis et Iude (*26 października 1384 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Iohannes carnifex sororius quondam Anefal carnificis domum quondam in cymyterio iacentem Martino de Wyschno iuste vendicionis titulo libere resignauit. Et si quid mortis periculo in ipso Martino contiguerit, extunc prescripta domus ecclesie beate Marie in Lemburga perpetue debet pertinere.

**200.** Nicolaus Schiler ∵. Grande Iohann. Eodem die et iudicio Nicolaus Schiler ex parte Iohannis Bork dimidiam curiam in circulo circa curiam Franczkonis Rymer iacentem manifeste resignauit Grando Iohanni.

**201.** Grande Iohan ∵. Iohannes Bork. Eodem die et iudicio prescriptus Grande Iohan super aream dimidie curie, curie ipsius coniacentem ac ad eundem prescriptum Iohannem Bork pertinentem *III sexagenas grossorum interdixit et est primus.*

\***202.** Eodem die et iudicio Girko Smethus super omnia bona et hereditates extra et (intra) muros existencia, que Niczko murator post suum obitum reliquit ex parte ecclesie beate Marie in Lemburga *V sexagenas cum XII grossis paruis interdixit et est primus.*

**203.** Gerko Smethus ∵. Fleyschbank. Eodem die et iudicio prescriptus Gerko Smethus super omnes hereditates et bona

mobilia et immobilia quondam Iohannis Fleyschbank XI fertones grossorum interdixit et est primus. |

<sup>42</sup> \*204. Eodem die et iudicio Gerko Smethus super omnes hereditates et bona mobilia et immobilia quondam Doringi muratoris X marcas grossorum interdixit et est secundus.

\*205. Eodem die et iudicio Nicolaus Koczeler super domum et omnia bona quondam Doringi muratoris IIII sexagenas cum XII latis grossis interdixit et est tertius.

\*206. Eodem die et iudicio Andreas seruitor Konkonis Jungelkos ex parte sui domicelli super hereditates et omnia bona mobilia et immobilia Frydlonis de Kamencz LV sexagenas grossorum interdixit et est secundus.

207. Eodem die et iudicio Iohannes cerdo foris ciuitatem super domum Iohannis Steynburne sutoris foris portam Halicensem iacentem II marcas grossorum interdixit et est primus.

208. Thomas ∵/. Sczyrbey. Eodem die et iudicio Thomas seruitor Niczonis Cleppel de Cracouia ex parte sui domini super domum et bona Sczirbey Rutheni VII marcas grossorum interdixit et est primus.

209. Thomas ∵/. Thayczus. Eodem die et iudicio prescriptus Thomas super domum et bona quondam Thayczonis XX $\frac{1}{2}$  marcas grossorum interdixit et est primus. |

<sup>43</sup> \*210. Feria sexta in octaua sancti Martini (18 listopada 1384 r.) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio honestus Hendzlynus Gebuwir super domum et omnia bona mobilia et immobilia Doringi muratoris IX marcas grossorum visualis pecunie interdixit et est quartus.

211. Petrus Fynster ∵/. Schonecromer. Eodem die coram dominis consulibus Petrus Fynster palam recognouit, se Nicolao Schonecromer de Cracouia in IV $\frac{1}{2}$  marcis grossorum monete polonicae fore debitorie obligatum et easdem pecunias Nicolao Schonecromer

pro edificione ecclesie beate Virginis IX fertones minus III latis grossis et pro edificione ecclesie Corporis Christi totidem assignauit sic, quod idem Petrus Fynster singulis annis pro qualibet ecclesia prescripta in festo Pasche  $\frac{1}{2}$  marcam polonicalem soluere et dare tenetur, quoique prescriptas pecunias persoluet. De eisdem pecuniis I sexagennam persoluit.

**\*212.** Eodem die et iudicio Henricus Clemme super omnes hereditates et bona mobilia et inmobilia sev census II $\frac{1}{2}$  marcas cum IIII grossis interdixit et est secundus.

**\*213.** Andreas Frydel. Eodem die et iudicio Andreas seruitor Kunkonis Iungelkos de Thorun ex parte sui domicelli super hereditates et omnia bona mobilia et inmobilia Frydlonis de Kamencz XXXVII marcas visualis pecunie interdixit et est secundus. |

**214.** Iohannes  $\ddot{\wedge}$ . Cornechyn. Eodem die et iudicio Iohannes <sup>44</sup> de Parua Glogouia palam recognouit, se Nicolao Cornechyn in VI $\frac{1}{2}$  marcis grossorum fore debitorie obligatum, et promisit iuxta maius suum ius sibi de die in diem sibi persoluere, et debet intrare captiuitatem quociens Nicolaus Cornechyn sibi mandauerit, et nullus hominum contra eundem Iohannem aliqua debet exigare debita, nisi Cornechyn sua antea ab ipso habeat prescripta debita.

**215.** Petrus Glywicz  $\ddot{\wedge}$ . Neumeyster. Feria quarta in crastino sancte Lucie (*14 grudnia 1384 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Petrus Glywicz sutor domum suam foris portam Halicensem iacentem Iohanni Neumeyster vectori et pistori iuste vendicionis tytulo libere resignauit.

**216.** Consules  $\ddot{\wedge}$ . Iakusch Swarcz. Eodem die et iudicio domini consules conscribere iusserunt protestantes, quod Iacobus filius Hankonis Swarcz pie memorie vnam cameram pannicidarum domine Katherine sue nouerce post obitum sui patris coram bannito iudicio non compulsus nec coactus, sed beniuole ante aliquibus annis resignauerat.

**217.** Bolcze  $\ddot{\wedge}$ . Alchater. Eodem die et iudicio Nicolaus Bolcze ex parte filiarum Iohannis Bork omnes hereditates, prout ipse

Iohannes Bork antea arrestauerat, Symoni Alchater sic ipse interdixit. Eciā in eodem iudicio prefatus Nicolaus Bolcze racione prescriptarum filiarum domum domini Benkonis est affatus.

**218.** Ianusch ∵. Steynburne. Eodem die et iudicio Ianusch carpentarius ex parte Swachne sue legittime vxoris domum quondam Iohannis Steynburne foris portam Haliczensem iacentem Petro Steynburne iuste vendicionis titulo libere resignauit. |

45      **\*219.** Eodem die et iudicio Andreas Somersteyn super hereditates et omnia bona mobilia et inmobilia Stephani Rademuncz VIII marcas interdixit et est tercius. Ista omnia persoluta sunt.

**220.** Nicolaus Schyler ∵. Kerewider ∵. Koczeler. Eodem die et iudicio Nicolaus Schiler aream suam retro Iohannem Kerewidir necnon Koczelero iuste vendicionis titulo libere resignauit.

## 1 3 8 5.

**\*221.** Feria quarta proxima post dominicam Omnis terra (*18 sty-  
cznia 1385 r.*). Nicolaus Kezeling ex parte Stephani Rademuncze sui generi Niczkoni Plathener de Cracouia, qui fuit procurator Iohannis Gerlach, coram dominis consulibus  $VIII\frac{1}{2}$  marcas racione hereditatis persoluit et pagauit.

**222.** Ciuitas ∵. Ordo Predicotorum. Eodem die conuentus fratrum Predicotorum horreum laterum quondam Niczkonis muratoris coram dominis emit et comparauit, et se cum consensu dominorum consulum de eodem intromisit sub tali condicione, prout ipse Niczko murator eodem horreum tenuit. Et conuentus prescriptorum fratrum singulis annis XV centena lateres pro censu dare ciuitati tenetur.

**223.** Consules ∵. Niczko pellifex. Eodem die et iudicio domini consules super institam Niczkonis pellificis I marcam ex parte ciuitatis interdixerunt et sunt primi. Et Petrus Yzenhutel super eandem institam  $VII\frac{1}{2}$  fertones interdixit et est secundus. |

**224.** Yzenhutel /. Tempel. Feria quarta in vigilia Purificationis Marie (*1 luteo 1385 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Petrus Yzenhutel I maccellum, quod fuit iuuenis Seom Nicolao Tempel libere resignauit.

\***225.** Eodem die Bartholomeus brasiator coram iudicio bannito recognouit, se Theodorico Erekel obligari in XII marcis polonicalibus cum XVIII grossis, quas sibi soluere medium partem supra festum Pasce proxime venturum promisit, reliquam supra Penthecosten.

**226.** Eodem die idem Barthusch brasiator recognouit coram iudicio, quod Iohanni sororio eiusdem Theodorici tenetur IIII marcas polonicales, quas soluere tenetur supra Pascha.

**227.** Eodem die coram iudicio Henselmus faber super omnia bona, hereditates, mobilia et inmobilia Niczkonis muratoris V sexagenas cum VII paruis grossis interdixit et est primus.

**228.** Eodem die coram iudicio Cristina relictta Peschonis fabri recognouit, quod argilla, que stubam suam circumdat, stat in area Niczkonis pellificis et hoc est secundum voluntatem eiusdem Niczkonis, et quando sibi placuerit, tunc eadem Cristina debet sibi de area eius cedere cum eodem argillo.

**229.** Eodem die coram iudicio Nicolaus dictus Kyseweter recognouit, quod Michahel de Smotricz socius eius de debitis, in quibus ambo tenentur, Dobrogast de Kyauia suam partem videlicet X sibi persoluit et promisit, quod quidquid predictus Michael inpidimenti seu dampni pro predictis debitis pertinerit, hoc idem Kyseweter debet expedire. Eciam idem Kyzeweter arbitratus est, quod si pecuniis predictis nondum solutis aliquis effugerit, quod ipsum super sui ipsius dampnum insequere (*sic*) beat, omnia illa ab eo extorquendo. Cuius sunt concordatores Frycze de Smotricz, Iakusch Czeplak, Kuncze Steynkeler, Petrus Krapicz. |

\***229a.** Eodem die et iudicio Henselmus faber super omnia mobilia et inmobilia, hereditates Niczkonis muratoris V sexagenas interdixit et est primus.

**230.** Eodem die coram dominis consulibus famosi viri Iohannes Gebower, Nicolaus Schryger et Iohannes Aman parte ex vna et Petrus Folmar, Paulus notarius ciuitatis et Hano Chymonis parte ex altera recognouerunt, quod vnione et concordia facta inter dominam Sophiam relictam Andree cum barba et Margaretam vxorem Paschkonis de Krywicz tali modo, quod Sophia predicta in domo ipsius Andree defuncti II partes proxime coniuncto domui Petri Yzenhutel cum ipsius pueris debet habere et Paschko cum vxore sua terciam partem, ceteras hereditates siue in ciuitate vel foris ciuitatem libere absolute abrenunciando sic, quod Sophia predicta cum ipsius pueris XIII marcas persoluere tenetur, in quibus idem Andreas debitorie fuerat obligatus.

\***230a.** Eodem die et iudicio Friczko de Smotricz super hereditates, bona mobilia et immobilia Niczkonis muratoris IX fertones interdixit et est quartus.

**231.** Feria sexta in die Scolastice Virginis (*10 lutego 1385 r.*). Coram dominis consulibus Nicolaus Freudental recognouit, quod honestus vir Henricus Rymer sibi supra hereditates suas et puerorum Iohannis Rase defuncti XV marcas accommodauit tali condicione, quod singulis annis de predictis pecuniis  $I\frac{1}{2}$  marcas pro censu dare sine astrictu supra festum sancti Bartholomei. Cuius census adueniente termino prenominato  $III\frac{1}{2}$  marce debitorie obligantur.

**232.** Feria sexta post diem Cinerum (*17 lutego 1385 r.*). Steschko institor  $XI\frac{1}{2}$  marcas domine Agnete relicte Nicolai Peczkonis et Menczelino mercatori, quas quondam pecunias predictus Steschko magistro Henrico aurifabro tenebatur, promittentes illum liberum et absolutum ab omnibus arrestacionibus predictarum pecuniarum conseruare. |

<sup>48</sup> **233.** Notantur acta ex iudicio bannito conscripta a festo Cathedre sancti Petri (*22 lutego 1385 r.*) incipiendo sub anno Domini MCCC octuagesimo quinto. Et notatur, quod eodem anno Michahel de Stynew fuit aduocatus, Nicolaus Bryger, Petrus Melczer, Henricus de Trebolow, Frycze de Smotricz, Iohannes Worst, Nicolaus Koczeler, Ottel Rymer, Niczko Huter et Henselmus faber fuerunt scabini.

**234.** Feria quarta post dominicam Reminiscere (*1 marca 1385 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Lucas filius Zewensteczel

domum suam proxime iuveni Koruer coniunctam Kunrado *myt den Zonen* iusto vendicionis titulo libere resignauit. Post ea idem Lucas coram consulibus recognouit, quod dictus Kunradus pecunias pro eadem domo integraliter persoluit.

**235.** Eodem die Kuncze Steynkeler supra domum hereditates et bona mobilia et inmobilia et pannicidium Frydelonis de Camencz VIII sexagenas interdixit et est tercius.

**236.** Eodem die Merlyn Mysencryne institam iuxta pretorio sitam Katerine relicte Niczkonis muratoris libere et absolute coram iudicio resignauit.

**\*237.** Eodem die coram iudicio famosi viri Paulus quondam notarius, Iohannes Kerweder, Curtus Paulus, Kezeling, Schryer, Saxo palam recognouerunt, quod inter Iohannem Czanak ex parte vxoris eius et Katerinam filiam Nicolai Klettendorf concordiam fecerunt tali modo, quod dictus Iohannes cum vxore sua Anna in brasiorio, in quo Iohannes Gebower prius mediam partem habet,  $I\frac{1}{2}$  quartale coram iudicio resignauit, et Iohannes Gebower est eius procurator. Et predicta Keterina habuit prius in eodem brasiorio  $\frac{1}{2}$  quartale sic, quod iam ipsius brasiorii mediam partem habet et Iohannes Gebower reliquam mediam partem ipsius. Insuper dictus Iohannes Czank dicte Katerine et Iohanni Gebower eius procuratori XX marcas ruthenicalis pagamenti soluere sic astrictus, videlicet supra festum Penthecosten X marcas proxime sequenti, deinde supra Carnisbriuum X marcas. |

**\*237a.** Eodem iudicio et die Kunradus Steynkeler pannicidium, 49 quod habet Grande Iohan cum socio suo Curto Paulo ad fideles manus resignauit tali condicione, quod quicunque ipsum amonuerit litteris aliquibus, tunc dictus Paulus secundum ipsius iussum debet illud resignare cui commiserit.

**238.** Eodem die Iohannes Gebower ex parte Katerine filie Nicolai Klettendorf  $II\frac{1}{2}$  quartalia domus ipsius situate proxime Saxoni coniuncte iuste vendicionis titulo resignauit libere et absolute sic, quod dictus Iohannes.

**\*239.** Eodem die Iohannes Gebower ex parte Katerine filie Nicolai Klettendorf II $\frac{1}{2}$  quartale, quod habuit in domo proxime domui magistro Saxoni coniunctum et ex alia parte Nekoni, Iohanni Czanak iusto vendicionis titulo libere et absolute resignauit sic, quod dictus Iohannes supra festum Penthecostes X sexagenas Iohanni Gebower dicte Katherine procuratori debet expagare, et post hoc Carnisbriuo sero sequenti X marcas sexagenarum more heredicum omnia persoluit.

**\*240.** Feria quarta post Letare (*15 marca 1385 r.*). Coram dominis consulibus Iohannes Machwicz constitutus palam recognouit, quod inter Iohannem Beutom et Nicolaum Scheler depactacio facta est tali modo, quod Nicolaus Scheler discessit in area sua latitudinis muri a fundo sic, quod dictus Iohannes murum illum debet murare summitate commodorum duorum. Et si murum post ea in summitate diminuere siue abstrahere vellet, hoc debet fieri ex parte seu ex latere ipsius Iohannis.

**\*241.** Feria sexta post dominicam Letare (*17 marca 1385 r.*). Coram dominis consulibus Iohannes Machwicz personaliter constitutus palam recognouit, quod inter Nicolaum Scheler parte ex vna et Iohannem Beutom et Nicolaum Krancz parte ex altera tali modo exstat depactatum, quod Iohannes et Nicolaus supradicti in ipsorum area discedere debent latitudine vnius muri a fundo vsque ad altitudinem duorum commodorum. Eciā si Nicolaus Scheler in summitate ipsius muri aliquid latitudinis vel spissitudinis diminuere sive abstrahere vellet, hoc in latere seu parte Iohannis fieri debet et Nicolai supradictorum. |

50      **\*242.** Feria quarta post dominicam Iudica (*22 marca 1385 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Iohannes Ederer super omnia bona, hereditates mobilia et immobilia Slyckenpfyl XXX $\frac{1}{2}$  marcas interdixit et est primus.

**\*243.** Eodem die et iudicio Iohannes Ederer supra hereditates bona mobilia et immobilia Iohannis Thyvien LVII marcas cum fertone interdixit et est primus.

**244.** Eodem die Kunradus Steynkeler coram iudicio et consulibus recognouit, quod Nicolaus Bryger et Nicolaus Bolcze aream, quam idem

Kunradus a Iohanni Borg felicis memorie pro XIIII marcis comparauit, ab eo pro eadem summa pecuniarum comparauerunt et liberauerunt.

\*245. Eodem die et iudicio Petrus Ponicz recognouit, quod Kunradus Steynkeler super aream, vbi Niczko Tropper moratar habet VI marcas minus I fertone.

246. Eodem die et coram dominis consulibus Iohannes Machwicz constitutus palam recognouit, quod inter Nicolaum Scheler parte ex vna et Iohannem Beutom et Nicolaum Kraner parte ex altera tali modo exstat depactatum, quod predictus Nicolaus Scheler illis murare volentibus in area ipsius latitudine vnius muri abscessit, quoniam altitudinem duorum commodorum debent murare tali interiecta condicione, quod si prescripti Iohannes et Nicolaus in summitate muri aliquid latitudinis seu spissitudinis abstrahere vellent, hoc a latere seu parte ipsius Nicolai Scheler fieri habet. |

\*247. Notatur computacionem nuper antea factam iuxta domini-<sup>51</sup> cam Reminiscere (*ok. 26 lutego 1385 r.*) inter dominos consules et affines Maximi defuncti et eciam a Iudeis Scholoma, Czene et Iacob.

\*248. Primo in tribus saccis piperis XXI lapides cum I<sup>1</sup>/<sub>2</sub> lapidibus per IX fertones. Item in duobus saccis XIIII lapides cum II lapidibus per II marcas. Item in duobus saccis XI lapides per II marcas. Item in quatuor saccis XXV lapides per II marcas.

\*249. Feria quarta post dominicam Quasimodo geniti (*12 kwietnia 1385 r.*). Nicolaus Bolcz aream suam sitam proxime aree Nicolai Bryger in areis quandam Iohannis Bork defuncti libere et absolute resignauit promittens sibi ab omni arrestacione illius eum liberare Martino Rotermel.

250. Eodem die Paulus Steynbrecher ortum suum proxime orto Martini Louzenpelcz coniunctum iuste vendicionis tytulo resignauit.

251. Feria quarta post dominicam Quasimodo geniti (*12 kwietnia 1385 r.*). Nicolaus Bolcze aream suam proxime aree Nicolai Bryger coniunctam, que fuerit Iohannis Bork salubriter defuncti, Martino

Rotermel iusto vendicionis tytulo libere et absolute resignauit, promittens illum ab omni eiusdem aree arrestacione liberum conseruare. Insuper idem Bolcz et Nicolaus Bryger dominis consulibus promiserunt eos ab omni eiusdem resignacionis occupacione ac invasione liberos conseruare. |

52      \***251a.** Eodem die Iohannes Ederer de Crakouia super bona et mercimonia Nicolai de Warnaw et Hermani Monocculi minus  $I\frac{1}{2}$  marcis LXX marcas interdixit et est primus.

**251b.** Eodem die Iohannes Ederer de Cracouia super omnia bona et mercimonia Nicolai de Warnow et Hermani Monocculi socrorum, qui sunt apud Georgium doleatorem, minus  $I\frac{1}{2}$  marcis LXX marcas interdixit et est primus.

**251c.** Eodem die Nanyt in fine institrix Iohanni de Stynow institam suam proxime Kuncze *myt den Zonen* coniunctam iuste vendicionis titulo resignauit.

**251d.** Item Kezeling fidit pro ipsa Nanyt pro omni arrestacione ex parte Dorrendorf.

**252.** Eodem die pueri Iohannis Plassener coram iudicio recognoverunt, quod Bartusch Melczer patruus eorum eos plenarie et omnino expediuuit et persoluit.

**253.** Feria quarta post dominicam Quasimodo geniti (12 kwietnia 1385 r.). Coram dominis consulibus dominus Nicolaus presbiter priuignus Bartholomei brasiatoris recognouit, quod idem Bartholomeus vitricus eius ipsum ab omnibus diuolucionibus ex parte patris eius defuncti cinerali modo et omnino expediuuit et persoluit sic, quod eum ab eisdem liberum dimisit et absolutum et illud coram iudicio bannito recognouit.

**254.** Feria sexta post dominicam Quasimodo geniti (14 kwietnia 1385 r.). Coram iudicio bannito Henricus Polen super omnia bona et mercimonia Nicolai de Warnow et Hermani Monocculi intra ciuitatem existencia XVII marcas interdixit et est secundus.

\*255. Eodem die et iudicio Henricus Polen super omnia bona et mercimonia Ruffi Wernuschi de Moldauia IIII marcas interdixit et est primus.

256. Eodem die et iudicio Henricus Polen super bona et mercimonia Henselmi sartoris de Moldauia II milia nigri operis per nigrum electi cum IIII sexagenis grossorum interdixit et est primus. |

257. Eodem die Henricus de Polen super omnia bona Henrici 53 pellificis de Moldauia intra ciuitatem existencia XI marcas cum I fertone interdixit et est primus.

257a. Eodem die et iudicio Andreas Zomersteyn super omnia bona et mercimonia Nicolai Warna et Hermanni Monocculi XIIIII sexagenas minus I fertone interdixit et est tertius.

258. Warnaw /. Cunco Iungelicus. Eodem die et iudicio Kunko Iungelnikus super omnia bona seu mercimonia Nicolai Warna et Hermanni Monocculi XI marcas cum I fertone interdixit et est quartus.

259. Ruffus Wernusch /. Cunco Iungelicus. Eodem die et iudicio Kunko Iungelnikus super bona seu mercimonia Ruffi Wernusch XLIVII marcas interdixit et est secundus.

260. Paris /. Petrus Buh. Feria secunda post dominicam Misericordia Domini (17 kwietnia 1385 r.). Coram iudicio bannito Iohannes Parys de Thorun super hereditates, bona mobilia et immobilia Petri Boha et Kaczaris tolmacz XC sexagenas interdixit et est primus.

261. Longus Werke /. Petrus Crapicz. Feria quarta post dominicam Iubilate (26 kwietnia 1385 r.). Coram iudicio bannito Petrus Crapicz super hereditates bona mobilia et immobilia Longi Wernheri III $\frac{1}{2}$  marcas interdixit et est primus.

\*262. Eodem die et iudicio Eckeberthus Stulpses super hereditates, bona mobilia et immobilia Longi Wernkonis V marcas interdixit et est secundus.

**263.** Franciscus Voythin /. Theodoricus priuignus de Stina. Eodem die et iudicio Frenczel Voythyn super bona siue diuoluciones Theodorici de Stynauiia, que apud Michaelem aduocatum sunt, II marcas minus XVIII grossis interdixit et est primus. |

54      **263a.** Eodem die et iudicio Michalko et Costa Ruteni domum eorum proxime domui relicte Wecknyne coniunctam Iohanni Slickenpfyl iusto vendicionis tytulo libere resignauerunt et absolute.

**264.** Consules. Eodem die et iudicio domini consules ex parte ecclesie beate Virginis super institam et hereditates, bona mobilia et immobilia relicte Niczkonis muratoris V marcas cum XII grossis et XXX currus cimenti interdixerunt et sunt primi.

**265.** Kerwadir /. Bernhardus. Feria sexta proxima post dominicam Iubilate (*28 kwietnia 1385 r.*). Johannes Kerwadir coram dominis consulibus manifestam rationem de pecuniis Bernhardi sartoris defuncti fecit, et quo et quando distribuit rite et realiter approbavit. Quarum pecuniarum erat summa XXII marce et sic fuit quartus dimissus.

\***266.** Feria quarta proxima post festum Philippi et Iacobi (*3 maja 1385 r.*). Coram iudicio bannito Andreas Zomersteyn ex parte pueri Niczkonis carnificis super bona mobilia et immobilia Neumeyster X marcas cum I $\frac{1}{2}$  fertone interdixit et est primus.

**267.** Feria secunda post dominicam Vocem iucunditatis (*8 maja 1385 r.*). Coram dominis consulibus Petrus Yzenhutel ex parte Rasselwicz Nicolao Kozelow de Beutom IV $\frac{1}{2}$  marcas minus XII grossis ex parte Iohannis Teubchyn defuncti dedit, pro quo Oswaldus illum Rasselwicz predictum liberum conseruare ab omni arrestatione promisit et absolutum.

**268.** Andreas Zomersteyn /. Nicolaus carnifex. Eodem die coram iudicio Andreas Zomersteyn ex parte pueri Niczkonis carnificis super bona mobilia et immobilia Neumeystri X marcas cum I $\frac{1}{2}$  fertone interdixit et est primus. |

**269.** Martinus de Nouo Castro ∵. Chemek. Feria 55 quarta in vigilia Ascensionis (*10 maja 1385 r.*). Coram dominis consulibus honesta domina Hedwigis relicta Chemek cum fratre suo Miczkonii villam suam dictam Sulimow Martino dicto de Nouo Castro nostro conciui pro XVI marcis iusti pignoris nomine obligauit tali condicione, quod quando predicta domina cum fratre suo villam iam dictam velint liberare, hoc fieri habet in festo Penthecosten et ad huc cum suis pecuniis propriis et non aliter nec ab altero recipiendum. Eciā si villam supra dictam vendere voluerint, hoc nulli nisi sibi videlicet Martino prenominato vel cum eius consensu. Item dicta Hedwigis recognouit ab eodem Martino V marcas percepisse.

**270.** Michael de Stina ∵. Priuignus suus Theodricus. Feria quarta infra octauas Ascensionis Domini (*17 maja 1385 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio honestus vir Michael de Stynauiā cum Theodorico suo priuiguo publicauerunt, quod inter eos concordia facta est tali condicione, quod debita, que dictus Michael tenetur, ambo debent pariter equali modo persoluere. Insuper omnes hereditates intra et extra muros iacencia (*sic*) sint qualiacunque, Michael superius notatus Theodorico prescripto mediam partem libere resignauit, et omnium pecuniarum ipsum Theodoricum eodem Michaheli prouentus debitorie eximentem liberum illum dimisit et absolutum, pro quo Theodoricus Michaeli notato omnia suppellectilia domestica libere resignauit et absolute. |

**270a.** Eodem die et iudicio Elizabet vxor Lawoni Armeni insti- 56 tam suam instite Emyn sub extraneis instititis sitam Constantino Armeno iusto vendicionis tytulo libere resignauit.

**271.** Eodem die et iudicio Seorius latericida curiam suam proxime domui ipsius sitam Bogdano Ormeno iusto vendicionis tytulo libere resignauit.

**272.** Eodem die et iudicio Iohannes Kesselhut super bona mobilia et inmobilia Neumeyster I marcam interdixit et est secundus.

**273.** Curtus Paulus ∵. Stulpzes concordatores Vsmesserine. Feria quarta post festum Pentecostes (*24 maja 1385 r.*). Coram dominis consulibus discreti viri et honesti Curtus

Paulus et Stulpcses recognouerunt, quod inter honestam dominam Margaretam relictam Ousmesser et Hedwigis eius nate concordiam et vniuernem fecerunt tali modo, quod pro omnibus diuolacionibus ex parte Laurencii mariti ipsius Hedwigis legitimi defuncti Margaretha predicta eidem Hedwigi II $\frac{1}{2}$  marcas dedit et de ceteris omnibus et singulis ipsa Hadwigis penitus abrenunciauit.

**274.** Koczeler /. Korwedir. Eciām notatur, quod Nicolaus Koczeler coram dominis consulibus promisit Iohanni Kerewidir aretroria sue domus, prout stuba est murata, usque ad priorem seu anteriorem partem eiusdem domus altitudinis duorum commodorum, secundum quod arbitrium ciuitatis expostulat et requirit murare. |

<sup>57</sup> **274a.** Feria quarta in vigilia Corporis Christi (*31 maja 1385 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio (*dalej wolne miejsce nie-zapisane*).

**275.** Grand Iohan /. Franciscus Loymann. Eodem die coram dominis consulibus Franczko Loyman recognouit, quod stuba eius cum vna pariete supra aream Grande Iohannis est locata.

**276.** Petrus Zellator /. Pauliczko interpres. Feria quarta infra octauas Corporis Christi (*7 czerwca 1385 r.*). Coram dominis consulibus Petrus sellator super aream instite Pauliczkonis *tolmacz* vxori eius I marcam concessit tali condicione, quod debet eam edificare ad hoc cum scitu vicinorum et cum idem Paulus reuenerit, tunc si aream predictam vendere voluerit, dictus Petrus secundum amborum competenciam debet comparare, si autem vendere noluerit, tunc prenominato Petro suam marcam reddere debet et pro edificiis ibi edificatis, secundum quod cum vicinis probare potest, soluere debet et satisfacere.

**277.** Nicolaus Briger /. Nicolaus Buchener. Feria quarta post dominicam Factus est (*7 czerwca 1385 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Nicolaus Bochner in XX marcis polonicibus Nicolao Bryger debitorie se recognouit obligatum, pro quibus pecuniis dictus Nicolaus Bochner terciam suam partem in hereditatibus seu domibus in Cracouia ex parte sui patris legitimi ad eum pertinentem

superius dicto Nicolao Bryger veri pignoris nomine obligauit tali condicione, quod ipse Bouchener per circumuolucionem integri anni liberum habeat arbitrium exemendi, aut si pro maiori pecunia vendere poterit, ipso Nicolao Bryger non obstante, quod si fieri non poterit, extunc transacto anni spacio Nicolaus Bryger nominatus predictas hereditates pro suis pecuniis hereditarie debet obseruare. |

**278.** Eodem die et iudicio Bartholomeus Krug institam suam proxime instite Clettendorf sitam iuste vendicionis tytulo libere resignauit et absolute. 58

**279.** Eodem die Michael sellator institam proxime instite Nicolai Koczeler sitam Bartholomeo Krug iusto vendicionis tytulo libere resignauit et absolute.

**280.** Eodem die et iudicio Nicolaus Bolcze institam suam proxime instite Engelberti sitam Bartholomeo Krug libere resignauit iustoque vendicionis tytulo et absolute.

**281.** Eodem die et iudicio Paschko de Krywicz domum, in quo Theodoricus Crebel moratur, cum censu eius reddere interdixit tam diu, donec vxori sue iusticie fiat complementum.

**282.** Eodem die et iudicio Friczko de Smotricza super bona, hereditates, institam et ortum seu qualiacunque fuerint, relicte Niczkonis muratoris IX fertones interdixit et est post ciuitatem primus. |

**283.** Petrus Yzenhutel ∵. Michael Odsrygost. Feria 59 secunda in die beatorum Iohannis et Pauli (*26 czerwca 1385 r.*) iudicium sicut bannitum. Et coram eodem iudicio Petrus Yzenhutel super domum Michaelis Odsrygost siue super domum vxoris ipsius Odsrygost  $II\frac{1}{2}$  fertones interdixit et est primus. Curtus Paulus I marcam interdixit et est primus, Yzenhutel est secundus.

**284.** Iuuenis Barthus ∵. Oddrysgost. Eodem die et iudicio iuuenis Barthus braseator super prescriptam domum Michaelis Odsrygost siue vxoris sue  $II\frac{1}{2}$  marcas cum VI grossis interdixit et est secundus.

**285.** Herman Loyman ∵. Oddrysgost. Eodem die et iudicio vxor Hermanni institoris quondam reicta Niczkonis Ceppener super predictam domum Michaelis Odsrygost I marcam interdixit et est tercia.

**286.** Scholoma Iudeus ∵. Oddrysgost. Eodem die et iudicio Scholoma Iudeus super prefatam domum Michaelis Odsrygost VI marcas interdixit et est quartus.

**287.** Fridil de Camencz ∵. Oddrygost. Eodem die et iudicio reicta Frydlonis de Kamencz super domum prenominatam vide-licet Michaelis Odsrygost III $\frac{1}{2}$  fertones interdixit et est quinta.

**288.** Feria quarta in vigilia beatorum Petri et Pauli (*28 czerwca 1385 r.*). In bannito iudicio Nicolaus Bolcz super omnia bona Conradi Speche II sexagenas cum XL grossis interdixit et est primus. |

60     \***288a.** Iohannes Worst ∵. Grande Iohan. Feria quarta in vigilia sancte Margarethe (*12 lipca 1385 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Iohannes Worst super domum et omnia bona mobilia et inmobilia Grande Iohannis ex parte Tylmerani sui affinis XVIII marcas grossorum minus I fertone interdixit et est secundus.

**289.** Koczeler ∵. Grande Iohan. Eodem die et iudicio Nicolaus Koczeler super domum et hereditates et omnia bona mobilia et inmobilia prescripti Grande Iohannis V marcas interdixit et est tercius.

\***290.** Iohannes Gebuwir ∵. Iohannes Czanak. Eodem die coram dominis consulibus Iohannes Czanak pistor aperte recognouit, se in XX marcis Iohanni Gebuwir fore debitorie obligatum, de quibus pecuniis prescriptis X marcas in festo sancti Michaelis nunc proxime instante abs dilacione sibi dare promisit et tenetur, residuas vero X marcas in Carnispriuio tunc proximo sequente debet et tenetur persoluere.

**291.** Eodem die et iudicio reicta Peschconis fabri dimidiā partem sue domus in circulo iacentem honesto viro Ruffo Henrico iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**292.** Eodem die et iudicio Sophia relictia Andree cum barba terciam partem sue domus inter Petrum Yzenhutel et Niczkonem Czepener iacentem Nicolao Czanak suo genero iuste vendicionis titulo libere resignauit. |

**292a.** Eodem die et iudicio prescripta domina Sophia tria quar- 61 talia agri foris ciuitatem iacencia prefato Nicolao Czanak suo genero iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**293.** Feria sexta proxima post diem sancti Iacobi (*28 lipca 1385 r.*). Coram dominis consulibus Gregorius filius Orus quondam institoris personaliter constitutus aream latitudinis  $1\frac{1}{2}$  vluarum longitudinis XX vluarum Ywano filio Danyelis sacerdotis Armenicalis mutuo dedit et publice resignauit.

**294.** Cunczil sartor *✓*. Petrus Blasy. Feria quarta in vigilia sancti Laurencii (*9 sierpnia 1385 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Kunczerchyn sartor super omnia bona mobilia et inmobilia Petri Blasy III marcas cum I fertone interdixit medium latorum grossorum et residuam paruorum grossorum et est primus.

**295.** Nicolaus Keselink *✓*. Petrus Blasy. Eodem die et iudicio Nicolaus Kezelyng super omnia bona mobilia et inmobilia Petri Blasy  $III\frac{1}{2}$  sexagenas grossorum visualium interdixit et est secundus.

**295a.** Petrus Blasy *✓*. Hensil faber. Eodem die et iudicio Hendzlynus faber super omnia bona mobilia et inmobilia Petri Blasy I marcam cum VI grossis interdixit et est tercius.

**296.** Eodem die et iudicio domini consules aream quondam Kit lekczynne prouidis et honestis Nicolao Kezeling et Michaeli de Styna iuste vendicionis titulo libere resignauerunt. |

**297.** Eodem die et iudicio Iohannes et Petrus fratres Armeni ka- 62 tholice fidey cum Mamusch sua matre dimidiad partem sue domus retro ecclesiam Armenorum iacentem Aslano Pannosowicz et Amyrbeyo Armenis iuste vendicionis titulo libere resignauerunt.

**298.** Eodem die et iudicio Niczko Mergenburg braseatorium et domum suam in vno limite iacentem, prout ipse longe et late tenuit et habuit, Petro Crapicz iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**299.** Margareth in fine ∙/. Stepan Armenus gener Bogdani. Eodem die coram dominis consulibus Stepan Armenus gener Bogdani institoris institam suam iuxta exterioribus institis iacentem, Margarethe in fine pro V marcis grossorum racione vadii proposuit sic, quod ipse eandem institam infra spaciū vnius anni pro V marcis debet redimere, quod si non fecerit, extunc Margaretha prefata eandem institam perpetue debet possidere, eciam inclusō, quod si prescripta instita infra spaciū vnius (anni) a presencia computando per ignis incendium deficeret, hoc dampnum debet esse Stepani. Et queque Margaretha pretacta super eandem institam exposuerit, hoc Stepan ei tenetur persoluere.

**300.** Iohannes Orient ∙/. Grand Iohann. Feria quarta post octauas Assumptionis Marie (23 sierpnia 1385 r.). Iohannes Orient coram iudicio bannito publicauit, quod omnia iura cum domo Grande Iohannis perfecit et compleuit ita, quod eam vendere potest quem admodum prius super eam interdixerat et sibi est adiudicatum. |

**300a.** Eodem die et iudicio Niczko in acie super bona et res Wusthuberi Henelmi de Gypys, vbi habere potest et invenire XI marcas interdixit et est primus.

**301.** Eodem die et iudicio Nicolaus Treutel de Cracouia omnes hereditates intra et extra muros sitas, que patris sui quondam fuerunt arrestauit.

**302.** Eodem die et iudicio Constantinus Armenus institam suam in fine institarum exteriorum Fryczkoni Wasservurer iusto vendicionis tytulo resignauit. |

**303.** Schenewicz ∙/. Relicta Scheublonis. Feria quarta ante festum Natuitatis Marie (6 września 1385 r.). Honesti viri Schryer et Paulus quondam notarius ciuitatis et Kuncze *mit den Zonen* et Scholdebeyn coram consulibus recognouerant, quod tales concordiam fecerunt inter Schenewicz et relictam Scheyblonis ita, quod idem

Schenewicz ipsam dominam liberam et solutam dimisit, quod nullus alium in modo infestigare debet.

**304.** Eodem die iudicium fuit bannitum. Quoram (*sic*) quo iudicio Kunczelinus sartor domum suam iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**305.** Feria quarta in vigilia sancti Mathey (*20 września 1385 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio prouidus vir Nicolaus Freyensster de Cracouia super bona Hendzlini Rymer, que tunc Lemburge fuerunt, XXIII marcas cum I fertone grossorum interdixit et est primus.

**306.** Eodem die et iudicio Petrus Steynburne vna cum relictâ Iohannis Steynburne vnum scampnum sev opus sutorium Nicolao Hummel iuste vendicionis titulo libere resignauerunt.

**307.** Eodem die coram dominis consulibus Iacobus Besledwe dictus personaliter constitutus aperte recognoscens, quod domum suam, prout in suis limitibus longe et late est limitata, prouido viro Niczkoni de Leczko pro XII marcis grossorum vendidit et recognouit, quod idem Niczko prefatas XII marcas integraliter persoluit.

**308.** Eodem die coram dominis consulibus prouidi et honestati Iohannes Girlach de Cracouia necnon Iohannes Rademuncz talem vniōnem inter se generauerunt, quod Iohannes Rademuncz in domo, in qua nunc manet temporibus vite sue liberam debet habere residenciam, post mortem vero ipsius pueri necnon Iohannes priuignus eius XX marcas grossorum pretacto Iohanni Giraci debent pagare, si eandem domum vel hereditatem volunt possidere. |

**309.** Eodem die et iudicio Henricus Clemme super omnia bona <sup>65</sup> mobilia et immobilia Iohannis Herczog L grossos interdixit et est secundus, sed Michael aduocatus est primus, quia sibi tenetur vnam magnam penam.

\***310.** Eodem die et iudicio prouidus et honestus Iohannes Gerlach de Cracouia palam recognouit, quod honoranda domina Margaretha

relicta Stephani Radmuncz de hereditate seu domus sve sibi XVII marcas minus I fertone debita remansit, residuas autem pecunias de eadem hereditate, in quibus ipsa sibi fuit obligata, integraliter persoluit. Eciā Nicolaus seruitor sev scriptor Iohannis Kersburg coram consulibus et bannito iudicio recognouit, se de prefatis debitibus ex parte Iohannis Girlaci VII marcas cum XL grossis percepisse. Item\*) idem Nicolaus Wersyng de prescriptis debitibus III marcas in bannito iudicio percepit in die sancte Agathe LXXXVII.

**310a.** Eodem die et iudicio Petrus Morrensteyn vna cum Elyzabeth sua legitima vxore dimidiā partem domus quondam Iohannis Wecke ad ipsam Elyzabeth de iure deuolutam prouido viro Philippo de Colomya iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**311.** Feria quarta proxima post festum sancti Michaelis (*4 października 1385 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Niczko Schober faber aperte recognouit, se Scholomo Iudeo in duabus marcis fore obligatum, et pro eisdem pecuniis promiserunt pro eo Gerynklich socher eius, Niczko faber de Landishut et Iohannes Cultel faber, quod in festo Natiuitatis Christi tunc proximo sequente sibi dare est astrictus.

**312.** Eodem die et iudicio Hendlynus Gebuwer vnum laneum quondam Nicolai Cletlendorf Henrico suo genero iuste vendicionis titulo libere resignauit. |

66      **313.** Eodem die et iudicio relicta Gryfonis pellificis domum suam retro domum Czimirman iacentem vna cum dimidia via inter domus eius utriusque iacente Kunczkoni oleatori de Landishut iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**314.** Eodem die et iudicio Henricus gener Gebuwir ortum suum foris ciuitatem iacentem circa ortum Michaelis de Stynaw Nicolao Koler iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**315.** Eodem die et iudicio Henricus gener Iohannis Gebuwir palam recognouit, quod Iohannes Gebuwir socher ipsius de omnibus

---

\*) Ręką późniejszą.

diuisionibus hereditatum et aliorum bonorum mobilium et immobilium ad uxorem eius filiam Iohannis Gebuwir ex parte et ratione sue matris ad eam de iure deuolutam (*sic*) sibi XXIIII marcas grossorum, prout inter ipsos fuit concordatum, per probos homines integraliter persoluit.

**316.** Eodem die et iudicio relicita Ywanis Korschowsky cum Cottlubey suo filio aream suam retro domum Iaskonis iacentem Hendzlyno fabro et Iohanni Amyr cuiilibet dimidiam partem iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**317.** Eodem die et iudicio Sophia filia Koneg carpentarii domum suam circa molendinum equorum iacentem Niczkoni doleatori iuste vendicionis titulo libere resignauit. |

**317a.** Eodem die et iudicio Hrycz Pryklak Ruthenus domum <sup>67</sup> suam circa domum Noradyn *tolmacz* iacentem Iohanni katholico iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**318.** Eodem die et iudicio Niczko Huter publicauit, quod ipse aliquas seges super laneum Elrici Lepper in libertate ciuitatis iacentes pro media fructuum seminauit. Et super partes segetum ad Elricum pertinencium ipse Nicolaus Huter XV truncos siliginis IIII truncos tritici cum XL grossis interdixit et est primus.

**319.** Feria quarta in die sancti Luce Ewangeliste (*18 października 1385 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio relicita Nicolay Koler V quartalia agri Wenceslao aurifabro iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**320.** Eodem die et iudicio Martinus Rotermel palam recognouit, quod Michael *mit der Ax* omnia debita, in quibus ipse ratione sue domus sibi debitorie extiterat obligatus, totaliter sibi persoluit.

**\*321.** Sabbatho in octaua sancti Martini (*18 listopada 1385 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Iohannes Orient de Cracouia super omnes hereditates Eckeberthi Stulpczes XLII marcas interdixit et est tercius.

**322.** Iohannes Worst ✓. Grande Iohann. Eodem die et iudicio Iohannes Worst super hereditates et omnia bona mobilia et inmobilia Grande Iohannis XVIII marcas minus I fertone interdixit et est secundus, sed Iohannes Orient est primus, Koczeler est tercius cum IV $\frac{1}{2}$  marcis. |

68      **323.** Feria quarta in die sancte Lucie (*13 grudnia 1385 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Conradus Feysrippe super omnia bona mobilia et inmobilia, que Iohannes pellifex post suum obitum post se reliquit, LXX grossos minus V ligatis interdixit et est tercius. Et idem Conradus procuratorem pro se Fredricum pellificem constituit.

**324.** Eodem die et iudicio Ochrym Ruthenus domum quondam Gregorii pilleatoris retro domum Nicolay Schiler iacentem Dymytrio sacerdoti Ruthenicali iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**325.** Eodem die et iudicio Nicolaus Schuldirbeyn tria quartalia agri Nicolai Zozer rite vendidit et libere resignauit. Et eundem agrum eidem Zozer Michaeli tunc notario ciuitatis in posterum vendidit et resignauit, prout retro conscriptum continetur.

**326.** Eodem die et iudicio Curtus Paulus vnam cameram pannicidarum Iacuschoni Scheplak iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**327.** Eodem die et iudicio Prachtil pellifex super res Petri Czech Ungari apud Friczkonem de Smotricz V fertones interdixit.

**328.** Eodem die et iudicio Friczko de Smotricz super omnia bona mobilia et inmobilia Andree sutoris ratione sui census quantum sibi tenetur interdixit et est primus. |

## 1386.

69      **329.** Egbertus Stolpczes ✓. Grande Iohann. Feria quarta infra octauas Epyphanie (*10 stycznia 1386 r.*) iudicium fuit

bannitum. Coram quo iudicio Eckebertus Stulpczes super omnes hereditates et bona mobilia et immobilia Grande Iohannis et Iohannis Porsleger centum cum LX marcis pruthenicalis numeri ex parte Alberthi Reber de Thorun interdixit.

**330.** Eodem die et iudicio relictæ Peschonis balneatoris domum suam in plathea ab balneam transeundo iacentem prouido viro Nicolao Glywicz sutori genero Schryer, prout longe et late, ante et retro in suis limitibus est distincta, iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**331.** Eodem die et iudicio prescripta domina relictæ Peschconis balneatoris promisit dominis consulibus de prefatis pecuniis, pro quibus eandem domum ipsa vendidit, dimidiam partem dominis presentare et ad consilium ponere. Summa pecuniarum, que ipsa tenetur presentare, facit XVII marcas grossorum visualium et ista infra spacium vnius anni debent adimpleri.

**332.** Clemme *et al.* Tropper. Eodem die et iudicio Henricus Clemme super pecunias hereditales apud Niczkonem Tropper existentes, que ad Petrum Ponick pie memorie quondam pertinebant,  $II\frac{1}{2}$  sexagenas et XI grossos interdixit.

**333.** Feria quarta in vigilia Conuersionis sancti Pauli (*24 sty-  
cznia 1386 r.*). Schloma Iudeus ortum suum circa ecclesiam Ruthenicalem foris portam Halicensem iacentem Iohanni Harras vendidit et rationabiliter resignauit.

**334.** Eodem die et iudicio Nestor cum Zeno suo filio ortum ex apposito hereditatis quondam Elrici Lepper iacentem prouido viro Osvaldo resignauerunt. |

**335.** Eodem die et iudicio mater Saray Armeni institam in acie <sup>70</sup> sitam Iohanni Gebuwir ex parte Niczkonis de Treblaw iuste vendicionis titulo resignauit.

**336.** Kunko Rozenlecher *et al.* Stulpczes. Eodem die et iudicio dominus aduocatus vna cum scabinis publice recognouerunt et conscribere iusserunt, quod Eckebertus Stulpczes quondam laneum

laneo Elrici Lepper coniunctum, prouido viro Kunkoni Rozenlecher de Thorun pro XXI $\frac{1}{2}$  marcis cum IX grossis pecunie vvisualis racione veri vadii proposuit et obligauit. Et ista facta sunt in octaua sancti Martini in magno iudicio tunc nuperime preterito.

**337.** Nicolaus Czanak ∵. Domina Saphya. Eodem die et iudicio Sophya relicta Andree cum barba vna cum Petro suo nato terciam partem domus ad ipsam post obitum sui mariti videlicet Andree prefati iure deuolutam Nicolao Czanak suo genero iuste vendicionis titulo libere resignauit.

\***338.** Eodem die coram dominis consulibus Michael de Stynaw palam recognouit, quod ipse puero Iacuschonis pilleatoris in VIII $\frac{1}{2}$  marcis grossorum minus X grossis exstat debitorie obligatus, et de eisdem pecuniis Iohanni Kerewidir X grossi pertinent, residuas vero pecunias videlicet VIII marcas cum XL grossis prefatus Michael de Stynaw promisit in festo Carnispriuio tunc nuperime instante dominis consulibus ex petizione et iussu Opaczkonis pilleatoris de Cracouia soluere abs omni dilacione et protraccione et pagare. Et si, quod absit, aliquem periculum mortis contingeret inparato Micheli, tunc domini consules ex parte prescripti pueri pretactas pecunias in hereditatibus et in bonis mobilibus et immobilibus ipsius Michaelis debent tollere et investigare. |

71      **339.** Arnoldus Delak ∵. Grand Iohan. Feria secunda in die sancte Agathe (*5 lutego 1386 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Arnoldus Delak super omnes hereditates et omnia bona sua mobilia et immobilia Grande Iohannis, vbiunque habere poterit, VIII marcas grossorum vvisualium interdixit et est quartus.

**340.** Eodem die et iudicio Sirkys katholicus super omnia bona mobilia et immobilia Kirstustur XXI marcas interdixit et est primus.

**341.** Eodem die et iudicio domini consules publice recognouerunt, quod Nicolaus filius Morsus de Premysl coram ipsis de omnibus et singulis debitibus sev pecuniis, que Hanko Girlach vitricus ipsius post obitum Morsus patris sui a relicta Diuitis Ywanis percepit, eidem Nicolao honestam satisfaccionem adimpleuit sic, quod prefatus Nicolaus

prescriptum Hankonem Girlach coram dominis consulibus quitum, liberum penitus dimisit et solutum.

**\*342.** Eodem die et iudicio honesti viri Nicolaus Kezeling et Iohannes Rademuncze aperte recognouerunt, quod Stephanus Rademuncz post suum obitum Laurencio Potleczko sacerdoti Ruthenicali in VII marcis cum X grossis debitor remansit, et quandocunque cicius Iohannes Girlach de Cracouia suas pecunias de hereditate prescripta percipiet, tunc prefatus Laurencius sacerdos pretactus suas VII marcas cum X grossis in pretacta hereditate debet tollere et investigare.

**343.** Eodem die et iudicio Helena relictta Amyr Sirkys hereditatem suam Cutlubeyo Korschoskemo iuste vendicionis titulo libere resignauit. |

**344.** Atlabey *v.* Nicolaus de Premysl. Eodem die et iudicio Atlabey institam suam circa institam Nicolai de Premysl iacentem Petro sellatori vendicionis titulo libere resignauit. <sup>72</sup>

**345.** Eodem die et iudicio Orsula relictta quondam Groczkeglonis opus sev scampnum sutorium Nicolao sutori de Pylsna vendicionis iusti tituli racionabiliter resignauit.

**346.** Eodem die et iudicio Awacscha Armenus domum suam cum consensu vxoris sue, que domus in plathea ad Predicatores transeundo iacet, Wessyl pro XXXIII marcis vendidit et resignauit.

**347.** Awacscha *v.* Iacobus filius Bogdani. Eodem die et iudicio Awacscha Armenus gener quondam Ywanis monetarii, domum suam ex apposito domui Pulchre Dorothee iacentem Iacobo filio Bogdani eciam quondam monetarii pro XII marcis ratione veri vadii per quinque menses proposuit et obligauit tali condicione interiecta, quod si prefatus Awacscha prescriptam domum infra spacium quinque mensium pro XII marcis non liberabit, extunc pretacta domus sev hereditas ad Iacobum prius dictum hereditarie debet pertinere et ipsius esse. |

**348.** Feria sexta proxima post diem sancte Dorothee (9 lu-<sup>73</sup> tego 1386 r.). Coram dominis consulibus prouidi et honesti Kuncze

*mit den Zonen*, Deckentysch, Longus Iacusch et Nicolaus Schuldireyn constituti publice recognoscentes, quod ipsi plenam et omnimodam inter Hanonnem Tymycz parte ex vna et inter iuvenem Barthus et Iohannem Slickenphil parte ex altera ordinauerunt concordiam sic, quod vnuusquisque eorum alter alterum de omnibus rebus et causis, que inter ipsos versebantur, coram dominis consulibus liberum, quitum penitus dimisit et solutum. Et qui inter ipsos prefatam concordiam infringere presumpserit, hic ciuitati X marcas tenetur pagare.

**349.** Eodem die domini consules conscribere iusserunt, quod Chotko Loyowicz tamquam tutor et prouisor puerorum Gregorii de Dauidaw domum quandam eiusdem Gregorii circa Iacobum Iudeum iacentem, eidem Iacobo Iudeo ante aliquibus temporibus in bannito iudicio resignauerunt.

**350.** Morrensteyn. Eodem die coram dominis consulibus in assesso consilio constituti prouidi domini ac religiosi Nicolaus Lyze necnon dominus Iohannes prior de Belz atque honesti viri Iohannes Grytchyn de Cracouia, Hannos Dreuczyn, Georgius Schiler de Lemburga publice profitentes, quod cum Nicolaus Morrensteyn cum suis sociis circa fluum Ungir fuerunt spoliati et bona ipsorum viceuersa predonibus fuerunt ablata, tunc aliqui Armeni Lemburgenses se de eisdem bonis prefati Nicolay Morrensteyn totaliter intromiserunt, ipsum de suis propiis bonis trudendo et magis eum quam predones spoliauerunt. Desuper adueniens prefatus Nicolaus litteras domini Romani fratris domini Petri Woywody de Walachya portauit, in quibus continetur, quod ipse Romanus cum suis seruitoribus publice fatetur, quod prefati Armeni magnam violenciam in ipso Morrensteyn perpetrauerunt et sua bona sibi vi abstraxerunt et receperunt. Et eandem litteram Morrensteyn habet circa se. |

74      **350a.** Notantur acta sub anno Domini MCCCLXXX sexto a fe sto Kathedre sancti Petri inchoando (*22 lutego 1386 r.*), que in bannito iudicio sunt facta et agitata. Quibus temporibus hii subnotati scabini fuerunt: Friczko de Smotricz, Hannos Worst, Nicolaus Koczeler, Hendzlynus faber, Ottel corrigiator, Kuncze Storring, Iohannes Zomir steyn, Henricus de Treblaw et Niczko Huter.

**351.** Feria quarta proxima post diem sancti Mathie (28 *lunego* 1386 r.) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Iohannes priuignus Brun Pharrer super omnia bona et singula Margarethe pie memorie et super omnia et singula bona mobilia et inmobilia vitrici sui prefati Brun Pfarrer LXXXIII marcas grossorum interdixit et est primus. Et super omnia ista debita et eciam alia prouidum virum Kunkonem Iungelkos sororium suum plenipotentem coram eodem iudicio effecit procuratorem.

**352.** Eodem die et iudicio Henricus braseator publicauit, quod pallium mulieris sibi per Theodoricum sartorem propositum et obligatum iure investigauit sic, quod ipse eodem pallium potest vendere et suas pecunias investigare.

**353.** Eodem die et iudicio Nicolaus Gerber institor iure investigauit, quod ipse pallium sibi per Iohannem Strasch obligatum iure potest vendere et pecunias suas investigare videlicet LVIII grossos. |

**354.** Eodem die et iudicio Iohannes dictus Czymmerman dimidiā curiam, prout de iure dimidia curia debet continere ac in acie ex apposito Gregorii Stacher iacentem, Iohanni Amen iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**\*355.** Eodem die et iudicio Lucas tunc viceaduocatus publice recognouit, quod ipse aream suam Schorenbrando coniacentem prouidis viris et honestis Nicolao Czustich et Georgio Loyman ad edificandum conuenit, et de eadem hereditate singulis annis sibi pro censu III marcas visualis pecunie deualcare debent, et debent habere residencias in eadem. Et postquam ipsi suas pecunias deualcabunt, tunc prefata hereditas ab ipsis debet esse libera eciam inclusa, quod Deus aufert, quod aliquod periculum per ignis incendium in eadem hereditate edificata contingit, extunc (*niedokończone*).

**356.** Eodem die et iudicio Iohannes Orient de Cracouia domum Grande Iohannis, prout in suis limitibus longe et late est distincta ante et retro, Nicolao Bolcz iuste vendicionis titulo libere resignauit. Et notatur, quod eadem domus ad ipsum Iohannem Orient ex parte

Wynkonis Danczk de Cracouia de iure ratione veri pignoris pro LIII  
marcis grossorum polonicalium est deuoluta.

**357.** Eodem die et iudicio Margaretha vxor legittima Pauliczkonis *tolmacz* institam suam sew mariti ipsius Pauliczkonis Otloni corrigitore iuste vendicionis titulo libere resignauit. |

76      **358.** Feria quarta in octaua diey Cinerum (*14 marca 1386 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio prouida et honesta domina Elyzabeth reicta quondam Frydlonis de Kamencz domum suam circa Curtum Paulum iacentem Kunkoni Jungilko iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**359.** Eodem die et iudicio Nicolaus Keppel centum lapides et IX lapides laneonine, quos Petrus textor de Landishuth sibi proposuit pro I $\frac{1}{2}$  saxagena minus X grossis iure acquesiuit, quod eandem lanam cum vno curru pro suis pecuniis potest vendere.

**360.** Eodem die et iudicio Niczko Morung super omnia bona mobilia Iohannis cum vno oculo pie memorie VII $\frac{1}{2}$  marcas interdixit et est primus, vbiunque prefata bona valeat invenire. Et super hiis idem Morung Petrum Rozenlecher suum plenipotentem ad exigendum fecit procuratorem.

**361.** Eodem die et iudicio Margaretha soror quondam Niczkonis Melczer quedam pignera iure acquesiuit, ut potest ea vendere.

**\*362.** Eodem die et iudicio prouidi et honesti Iohannes Ederer necnon Nicolaus Pulczer de Cracouia discretum virum Iacobum Stal ad exigenda, repetenda et acceptanda omnia et singula sua debita ac eorum mercimonia exercenda suum per omnia effecerunt plenipotentem procuratorem, tamquam omnibus personaliter interessent. |

77      **363.** Nicolaus Schuldirbeyn *et al.* Michael. Feria quarta proxima ante dominicam Oculi (*21 marca 1386 r.*). Coram dominis in assesso consilio prouidi et honesti Georgius Ernst, Paulus quondam notarius, Kuncze *mit den Zonen*, Henricus de Treblaw publice recognoscentes, quod ipsi talem vniōnem et concordiam inter Nicolaum Schuldirbeyn parte ex vna et inter Michaelē generum eius parte ex altera

fecerunt et ordinauerunt sic, quod idem Schuldirbeyn prefato Michaeli de omnibus et singulis hereditatibus et bonis mobilibus et inmobilibus ad ipsum Michaelem post vxorem suam pertinentibus XII marcas grossorum cum vno lo tho debet et tenetur soluere et pagare, et omnia inter ipsos debent esse plana et posposita. Et easdem pecunias pretactus Schudirbeyn ipsi Michaeli infra spacium vnius anni soluere tenetur a presencia computando. Primo in festo Penthecosten III marcas, item in festo Nativitatis Christi III marcas et residuas III marcas in Carnisprivio. Eciā prefatus Schuldirbeyn Nicolao Temmel suo genero post suam vxorem XII marcas cum vno lo tho cum habere voluerit, dare tenetur.

**364.** Nicolaus Bolcz ∵. Czustych et Georgius Feria quarta proxima ante dominicam Letare (28 marca 1386 r.) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Nicolaus Bolcz aream sew hereditatem dimidie curie, prout longe et late de iure debet continere dimidia curia, providis et honestis Nicolao Czustich necnon Georgio Loyman corrigitoribus iuste vendicionis titulo libere resignauit.

\***365.** Eodem die coram dominis consulibus in assesso consilio Petrus Kukalp ad sepulcrum Domini petens subscriptas assignaciones et diuisiones suarum pecuniarum publicauit et ordinauit. Primo apud Gerkonem Smethus XXIX marcas reliquit paratarum pecuniarum. Item commisit Nicolao Schiler hospiti suo apud Amyn institorem IIII marcas, quas tollere debet. Item commisit Iohanni Porsleger I marcam in debitibus ad exigendum in Czereth, et eandem marcam cum exigerit, debet Nicolao Schiler. Eciā in paratis pecuniis dimisit apud Nicolaum Schiler prefatum I marcam. Et sic summa totalis facit XXXV marcas. Eciā commisit, quod si aliquid periculum mortis in ipso contingit, extunc de prescriptis pecuniis suis duabus sororibus XX marcas asignauit, residuas vero pecunias pro ecclesiis beate Virginis, Corporis Christi ac sancte Crucis ad edificacionem murorum assignauit. Item loricam et galleam et vestimenta sua sororibus assignauit. Vna de sororibus suis nomine Elyzabeth moratur in Cznayem et habet maritum Michaelem cognomine Faschank, secunda moratur in Iarmaricz et habet maritum nomine Stephanum muratorem. |

**366.** Feria quarta proxima ante dominicam Domine ne longe <sup>78</sup> (11 kwietnia 1386 r.) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio

Bartusch braseator vadium videlicet I stamen de Edyng, quod sibi Pelesch Rutenus obligauit, iure acquisiuit et investigauit, quod eodem potest vendere pro suis pecuniis.

**367.** Eodem die et iudicio Michael Ax medium partem braseatorii, quam cum Niczkoni *an der Ecke* habuit, ipsi Niczkoni *an der Ecke* iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**368.** Nicolaus Wersyng /. Iohannes Kersburg. Eodem die et iudicio Nicolaus Wersyng super debita omnia et singula Iohannis Kersburg sui domini XXVI marcas pecuniarum interdixit et est primus.

**369.** Syrkys /. Iohannes Kersburg. Eodem die et iudicio Sirkys katholicus super omnia et singula bona et debita Iohannis Kersburg L marcas polonicalis monete latorum grossorum interdixit et est secundus. |

79 **370.** Feria sexta infra Conductum Pasche (*27 kwietnia 1386 r.*). Philippus de Colomya ex parte Petri Morrensteyn, Nicolao Briger coram assesso consilio XIIIII marcas visualis pecunie ratione hereditatis quondam Iohannis Wecke apud eundum Petrum et Elyzabeth suam legitimam vxorem empta persoluit et pagauit.

**371.** Eodem die coram dominis consulibus prouidi et honesti Sirkys katholicus vna cum Kunkoni Jungelkos suo genero voverunt ciuitati iuxta hereditates suas, quod ipsi ciuitatem ratione centum XXIII marcarum cum X scotis pruthenicalis numeri, quas apud Iohannem Rothe in Thorun super litteras ciuitatis receperunt, in condamnacione conseruare.

**372.** Feria quarta post dominicam Quasimodo geniti (*2 maja 1386 r.*) fuit iudicium bannitum. Coram quo iudicio religiosus vir dominus Iacobus frater ordinis Predicatorum institam quondam vidue Gerline matris eius legittime prouide Clare iuste vendicionis tytulo libere resignauit.

**373.** Eodem die et iudicio honesta Clara institrix institam suam, quam prius tenuit, honeste domine Anne Borkmyne iuste vendicionis titulo resignauit.

**374.** Eodem die et iudicio Gregorius Armenus discretis viris Petro sellatori et Nicolao de Premysl institam suam ipsis iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**375.** Eodem die et iudicio prouidus vir Georgius Arnest domum sitam in platea Haliciensi coniacentem domui Otykonis Hongro viro Iohanni Gerbir iuste vendicionis titulo libere resignauit. |

**375 a.** Eodem die et iudicio honestus vir Georgius Arnest discreto so Nicolao genero suo inferius maccellum resignauit.

**376.** Eodem die coram dominis consulibus in assesso consilio constituti discreti viri Iohannes Amen et Iohannes Worst concordatores inter prouidos viros Georgium Arnest et Nicolaum Tempyl generum suum parte ex vna, Nicolaus Scholderbeyn et Cuncza *mit den Zonen* parte ex altera, publice profitentes, se inter eos talem vniونem seu concordiam ordinasse ita, quod prefato Nicolao Tempyl et vxori eius ortus ante portam Haliciensem iacens et domus retro maccellas carnificum sita cessit, et duobus minoribus pueris domus fundata in acie ex apposito claustru et chorus conuentus sancte Crucis ordinis fratrum Minorum vna cum braseatorio ibidem retro eandem domum fundato est attributa.

**377.** Eodem die coram dominis consulibus in assesso consilio constituti discreti viri Cuncza *mit den Zonen*, Nicolaus Schrier, Henricus Clemme, Iohannes Amen concordatores inter Georgium Arnest et inter Mathiam Plesnawo et Mathiam Merkyl generes (*sic*) ipsius publice profitentes, se inter ipsum Georgium et generes ipsius predictos concordiam ordinasse talem et hoc ex parte bonorum, que bona post obitum matris ipsius Mathie Plesnawo vxoris et Mathie Merkyl vxoris spectabant ita, quod ipse due sorores vxores predictorum Mathie Plesnawo et Mathie Merkyl de predictis bonis post matres ipsarum ad ipsas pertinentibus, prescriptos generes ipsius Georgii Arnest et prenominate vxoris ipsorum ipsum Georgium Arnest liberum ac solutum de predictis bonis totaliter dimiserunt peramplius ea ab ipso non repetentes.

**378.** Feria quarta proxima post dominicam Iubilate (*16 maja 1386 r.*) fuit iudicium bannitum. Coram quo iudicio discretus vir

Bartholomeus Kruc institam sitam inter Engilbrech et Marieburg honesto viro Oswaldo iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**379.** Eodem die et iudicio Iohannes Kysilhut super XXXI latera carnium Iacobi carnificis de Halicz pendencia apud Henricum in platea Thartarorum II $\frac{1}{2}$  fertones interdixit et est primus. Et Iohannes Somersteyn super eadem bona ipsius Iacobi et omnia alia II $\frac{1}{2}$  sexagenas minus IX grossis interdixit et est secundus. |

81      **380.** Eodem die et iudicio Nicolaus Egidy de Cracouia super omnia bona Nicolai filii Gregorii institoris de Cracouia hic existencia XXXI sexagenas interdixit et est secundus.

**381.** Eodem die et iudicio Chaczadur katholicus Stepano Armeno pellifici domum suam, prout late et longe in limitibus suis est distincta, iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**382.** Eodem die et iudicio Petrus carpentarius recognouit, se Peschconi cum naso in V fertonibus obligatum, quas quidem pecunias sibi infra spaciū vnius septimane absque omni dilacione persoluendas promisit. Hoc si non fecerit, extunc tale pignus sibi pro pecunia, quam paratam pecuniam daret, tenebitur dare et obligare.

**383.** Feria quarta proxima post dominicam Cantate (*23 maja 1386 r.*) Nicolaus Halbekost ex parte sue legittime vxoris Katherine olim memorie et ex mandatu prefate Katherine idem Nicolaus coram dominis consulibus personaliter in assesso consilio constitutus centum argenteos nodulos pro calice ad beatam Mariam assignauit et dedit.

**384.** Feria quarta in vigilia Ascensionis Domini (*30 maja 1386 r.*) fuit iudicium bannitum. Coram quo iudicio prouidus Iohannes de Thorun super omnia bona mobilia et immobilia Iohannis Fremde de Halicz XV marcas interdixit et est primus.

**385.** Eodem die et iudicio honesta domina Margaretha condam filia Broter prouidum virum Georgium Arnest de omnibus diuisionibus, que ex parte matris sue cum eo habuit, liberum ac solutum de hiis omnibus dimisit. |

**386.** Feria quarta in vigilia Corporis Christi (*20 czerwca 1386 r.*) <sup>82</sup> iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Attabey honesto viro Iwanis filio Gregorii institoris institam, prout longe et late in limitibus suis est distincta, iuste vendicionis tytulo libere resignauit.

**387.** Eodem die et iudicio honestus vir Iohannes Kerwider kamерам pannicidam prouido Curto Wernkoni iuste vendicionis tytulo libere resignauit, prout eam solus ante tenuit.

**388.** Eodem die constitutus honestus vir Lazar Armenus de Caffa coram dominis consulibus in assesso consilio providos viros Iwanis et filium Gregorii institoris et Amyr de obligacione videlicet quintidimidi lapidi crudi serici, in quibus prefati Iwanis et Amyr sibi Lazaro dicto fuerunt obligati, eos liberos ac solutos de prescripta predictorum bonorum obligacione totaliter dimisit, eos nec liberos ipsorum per amplius nunquam welle arrestare.

**389.** Feria sexta in crastino Corporis Christi (*22 czerwca 1386 r.*). Constituti discreti viri concordatores inter honestam dominam Margaretham relictam olim memorie Briccii sartoris et inter Dominicum sororium eius fratrem prefati Briccii Kyslingus, Hannus Worst, Henricus Clemme, Hannus Gebewer, Petir Engilmuth et hoc mediatores ex parte dicte Margarethe. Michael de Stynaw et Friezko de Smotricz ex parte Dominici pretacti coram bannito iudicio publice profitentes, se inter prescriptam dominam Margaretham et Dominicum sororium eius talem concordiam ordinasse ita, quod de omnibus supellectilibus, que prenominatus Briccius bone memorie post se reliquit, taliter ordinauerunt, quod ipsi domine Margarethe et ipso Dominico sororio eius sufficere ex utraque parte videbatur et suffecit. Et domum, quam eciam pretactus Briccius post se reliquit, eandem per medium inter ipsam Margaretham et Dominicum sororium eius dimiserunt ita, quod ipsi Margarethe media pars cessit et ipso Dominico media. Et quam medianam partem ipsius domus, que ipsi Dominico cessit, eandem ipsa Margaretha apud eundem Dominicum sororium eius per spacium vnius anni pro II<sup>1/2</sup> sexagenis conuenerit, eciam si contingere et ipsam dominam Margaretham super eandem domum reparandam exposuerit, illud ipse Dominicus eidem Margarethe de praefato censu et domus conuencione tenetur decutere et defalcare. Et ipse Dominicus cum omnibus amicis suis ipsam

dominam Margaretham et eius liberos seu aliquos eius affines per amplius de predictis bonis non debet arrestare. Eciam ipse Briccius pie memorie VIII marcas et XL grossos debitorie remansit, de quibus VIII marcis et XL grossis ipsa domina Margaretha medium soluere tenetur et Dominicus medium soluere debebit. |

<sup>83</sup> **390.** Feria quarta infra octauas beatorum Petri et Pauli (*4 lipca 1386 r.*) iudicium fuit bannitum Coram quo iudicio Ruffus Henricus medietatem domus quondam Peschconis fabri honesto Kunczlyno sartori iuste vendicionis titulo libere resignavit.

**391.** Feria secunda proxima post Diuisionem Apostolorum (*16 lipca 1386 r.*) Nicolaus Bolcz ex parte Iacobi de Glocz familiaris sui submersi super hospitale in Lemburga V fertones, quas sibi debitorie tenebatur, dedit.

**392.** Feria quarta proxima post Diuisionem Apostolorum (*18 lipca 1386 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Ienko carpentarius domum suam ante portam Halicensem circa pontem iacentem Schlomo Iudeo pro II marcis ratione pignoris proposuit et obligauit.

**393** Eodem die et iudicio Nicolaus Kezeling aream dimidie curie, quondam relicte Ketliczy Michaeli de Stynaw iuste vendicionis titulo libere resignavit.

**\*394.** Eodem die et iudicio prouidus Iohannes Orient de Cracouia super institam Ywanis fratris Mykythe III marcas interdixit et est primus.

**\*395.** Eodem die et iudicio Theodricus nepos Valentini de Cracouia super institam prescriptam Ywanis VIII marcas minus I fertone interdixit et est secundus. |

<sup>84</sup> **396.** Eodem die et iudicio Cotlusch filius Iacobi Armeni quondam aliqua querimonia ratione pecuniarum quarundam super Agazar filium Nassradyni proposuit et sic, quod aliqui probi homines tam Theuthunici, quam Armeni concordiam inter ipsos ex utraque parte ordinauerunt et fecerunt, quod prefatus Cotlusch prescriptum Agazar

de omnibus et singulis, in quibus ipsum inculpauit debitibus et pecuniis, quitum penitus dimisit et solutum. Concordatores fuerunt hii subnotati: Petrus Crapicz, Bogdan Chorowicz, Abraham, Bogdan institor, Wessyl katholicus, Michael institor katholicus.

**\*397.** Feria quarta in vigilia vigilie sancti Laurencii martyris (*8 sierpnia 1386 r.*). Coram dominis consulibus constitutus Chaczaris *tolmacz* recognouit, se prouido viro Iohanni Parys cui de Thoron ex parte Petri Buha Armeni in nonaginta sexagenis rutenicalis pagamenti fideiussorie stare obligatum, quas quidam pecunias prefatus Chaczarys *tolmacz* prescripto Iohanni Parys ad festum Natiuitatis Christi proxime nunc instanti sub pyngnore domus Petri Buha et domus eius et omnium bonorum suorum mobilium et inmobilium hic uel *vbicunque* existencium auri, argenti et eius tolli (*sic*) super prescriptum festum Natiuitatis Christi absque omni dilacione persoluere tenetur. Eciā promisit prenominatus Chaczarys, si contigerit ipsum Petrum Buha ante prefixum terminum venire, extunc ipse inmediate prefatam pecuniam persoluere promisit. Eciā Bogdan aduocatus Armenorum recognouit, domum Petri Buha ipsi Chaczarys in prescriptis XC marcis scilicet pingnore stare obligatam.

**398.** Eodem die et iudicio Nicolaus Briger ex parte Niczconis Schewbil, Hannus Schewbil ex parte vxoris Nicolai Schewbil et ex parte sororis Iohannis Schewbil et ex parte Iohannis Schonowicz olym memorie aream seu domum prescriptorum hominum Niczkoni Gelucke de Galcz iuste vendicionis tytulo libere resignauit.

**399.** Eodem die et iudicio Gregor colorator zyndalmorum aream seu domum suam Symoni sacerdoti Ruthenorum iuste vendicionis titulo libere resignauit. |

**399a.** Eodem die et iudicio Iacobus Schepelak super tres equos <sup>ss</sup> et vnum currum Laurencii Kmoschyconis et Iaschconis VI marcas interdixit et est primus.

**\*400.** Eodem die et iudicio Andreasch Tartharus katholicus publice recognouit, se Niczkoni Morung ex parte Chaczaris in VII<sup>1/2</sup> marcas fideiussorie stare obligatum, quas quidem pecunias predictus Andreas ipsi Niczkoni Morung quolibet in mense <sup>1/2</sup> marcam dare et persoluere

tenetur tam diu, donec ipsam totaliter persoluat, de quibus sibi promisit proxima feria tercia a die prescripto  $I\frac{1}{2}$  marcas dare indilate. De hiis II marcas persoluit, residuas vero pecunias idem Niczko Morung super omnia sua mobilia et inmobilia interdixit et est primus.

**401.** Feria sexta proxima post festum Assumptionis Marie (17 sierpnia 1386 r.). Coram dominis consulibus constituta Masza Ruthena pro quadam allocucione seu arrestacione domus Chodori Rutinicalis presbiteri eum liberum ac solutum totaliter dimisit ita, quod prefatus Chodor sacerdos Rutinicalis predicte Masze  $I\frac{1}{2}$  centos grossos pro dicta arrestacione dedit, ipsum per ipsam peramplius non arestando.

**402.** Feria quarta in vigilia vigilie sancti Bartholomei Apostoli (22 sierpnia 1386 r.). Iencze filius Iohannis Rewsze coram bannito iudicio Andree Somersteyn medium mansum agri foris ciuitatem iacentem, prout in suis graniciis longe et late messus et mensuratus, iuste vendicionis titulo libere resignauit ita, quod predictus Iencze infra spaciun vnius anni, si liberare potuerit a prefato Andrea Sommersteyn liberat et liberabit pro eadem pecunia, pro qua sibi illud vendidit preter pecuniis, quas sibi Andreas super dictum  $\frac{1}{2}$  mansum exposuerit, illas Iencze sibi soluere tenebitur et tenebit.

**403.** Eodem die et iudicio Nicolaus Platner ciuis de Thorun dominum Petrum Yzenhuttyl contra Iacobum Knospe conciuem Cracouensem super XXIIII marcas et XXIIII grossos et eciam Nicolaum de Belza (super) VI marcas in suum legitimum constituit procuratorem illam pecuniam ab eis reprehendi et per iurisdictionem acquirendi tamquam solus propria persona interesset.

**404.** Eodem die et iudicio Nicolaus Bolcz dixit super II equos Iohannis Leffil IIII marcas minus uel magis super rationem, quos si non liberauerit per triduum, extunc ipse Bolcz ipsos cum omni iurisdictione vendere potest et debebit. |

86      **405.** Eodem die et iudicio honesta domina vxor Henzlini fabri olym memorie molendinum foris ciuitatem ante portam Thartharorum iacentem prouidis viris cerdonibus ciuitatis Lemburgensis, prout ipsum

molendinum longe et late est distinctum, iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**406.** Feria quarta proxima post festum sancti Egidii (*5 września 1386 r.*). Coram dominis consulibus constitutus honestus vir Petrus Mornsteyn cum amico suo Philippo de Smotricz, quem ipse Petrus Mornsteyn de omnibus negotiis et factis videlicet ex parte bonorum hereditatum et aliorum quietum dimisit penitus et solutum, ipsum nec liberos eius legittimos peramplius non arrestando.

\***407.** Eodem die Petrus Wagner vineam foris ciuitatem sitam prouido viro domino Petro Yzenhuttyl coram bannito iudicio iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**408.** Eodem die Hannus czingulator Ochtago interpreti domum suam ratione cambii addendo prefato Ochtago  $I\frac{1}{2}$  marcas coram dominis consulibus iuste vendicionis titulo libere unus altero libere resignauit.

**409.** Eodem die et iudicio Nicolaus Briger braseatorium retro domum plebani situm Andree Schewbil et Iohanni Schewbil tamquam legittimus tutor iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**410.** Eodem die et iudicio constitutus Petir Hamos Kotners *eydem* de omnibus et singulis negotiis et factis, que predictus Petrus gener prefati Kotner ex parte bonorum ad ipsius vxorem pertinencium, predictum Iohannem Kotner liberum dimisit penitus et solutum.

**411.** Feria quarta in vigilia sancti Mathey (*19 września 1386 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Niczko Morung ex parte sue vxoris legittime duo scampna panum iure acquiesciuit, quod ea vendere potest pro pecuniis suis, in quibus Neumeyster pistor et vector debitor remansit. Summa pecunie VII marce cum I fertone et tria alba stamina. |

**412.** Feria quarta in crastino sancti Galli (*17 października 87 1386 r.*). Niczko Morung duo scampna pistoria, que iudicialiter ac iuste acquiesciuit, Nicolao Halbekost iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**413.** Eodem die et iudicio Petrus Styger aliquas res Iohannis Leffel iure est lucratus, quod eas pro suis pecuniis videlicet pro III marcis vendere potest, in quibus ipse Iohannes Leffel sibi debitor extiterat.

**414.** Eodem die et iudicio Michael de Stynaw ex parte Nicolay Czypser carpentarii domum sev hereditatem foris portam Tartharorum in libertate ciuitatis iacentem Nicolao Schyndeler iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**\*415.** Eodem die et iudicio Iohannes Grose de Thorun super omnes hereditates ac super omnia bona mobilia et inmobilia Nicolai Kornechyn quinquaginta sexagenas grossorum vsualium interdixit et est primus. De hiis ipse sibi ad hoc viuenti XV marcas persoluet, post obitum vero eiusdem Iohannis Nicolaus prefatus de prescriptis debitibus Nicolao Bolcze XX sexagenas persoluet et hoc Bolcz coram assesso consilio est professus.

**416.** Eodem die et iudicio Georgius Ernst vnum macellum puerorum Parui Gregorii, quorum prouisor existit, Nicolao Tempel pro XIII marcis minus I fertone super domum quondam ipsius Georgii sui patris legitimi interdixerunt et precipue si domus vendetur tollere debent. |

88      **417.** Feria quarta in vigilia Omnium Sanctorum (*31 października 1386 r.*) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Iohannes Gebuwir super omnia bona mobilia et inmobilia Parczfal de Sandecz VI marcas interdixit et est primus.

**418.** Eodem die et iudicio Iohannes Kessilhuth XXII marcas super prescriptum Parczfal interdixit et est secundus.

**419.** Eodem die coram dominis consulibus prouidi et honesti viri Nicolaus Tenczeler, Michael sellator, Paulus quondam notarius ciuitatis, Nicolaus Bolcz, Hannos Gerber et Conradus Steynkeler publice recognoscentes, quod ipsi talem vunionem et concordiam inter Petrum Breytschuch parte ex vna et inter Henricum Odyrwolf de Legnicz parte ex altera, sic prefatus Petrus Breytschuch pretacto Henrico Odyrwolf

de omnibus et singulis hereditatibus bonis mobilibus et immobilibus ad ipsum post obitum Iacobi Odirwolf ad Iohannem Wepener necnon ad pretactum Henricum deuolutis V sexagenas grossorum sibi dedit et persoluit, sic nunquam aliqua mocio neque monicio peramplius de premissis fieri debet, sed omnia inter ipsos debent esse plana et postposita.

**420.** Eodem die et iudicio Oswaldus vnam institam infra diuitibus instititis iacentem Georgio Botlener iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**421.** Eodem die et iudicio Michael Starosta super domum Atlhabey filii Myssyr circa domum Kaczarys *tolmacz* iacentem XX sexagenas grossorum visualium interdixit et est primus. |

**422.** Feria quarta proxima post diem sancti Martini (*14 listopada 1386 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Sirkys katholicus duo stamnia de Edynge sibi per Nicolaum Wersyng proposita et obligata iure acquiesciuit, quod ipse ea pro suis pecuniis vendere potest.

**423.** Eodem die et iudicio Iohannes Ederer de Cracouia super omnia bona mobilia Andree Scheubel necnon Andree seruitoris Henrici de Treblaw VIII marcas grossorum visualium cum  $\frac{1}{2}$  fertone interdixit et est primus.

**\*424.** Eodem die et iudicio Awachaw filius quondam Necomath domum suam in acie circa Predicatores iacentem cum vna instita infra diuitibus instititis iacentem Ywanys filio Gregorii institoris pro XXV marcas grossorum visualium proposuit et obligauit. Sic ydem Ywanys super prescriptam domum et institam est primus.

**425.** Eodem die et iudicio Magna Dorothea pincerna apud Nicolaum Drylyng II marcas, in quibus ipse Nicolaus Margare vxori Odrysyst debtor existit, interdixit et est prima.

**426.** Feria quarta in vigilia sancte Cecilie (*21 listopada 1386 r.*). Nicolaus Schiler et Iohannes Amen parte ex vna, Girko Smethus et Petrus Folmar parte ex altera coram dominis consulibus aperte

recognouerunt, quod ipsi talem vnionem et concordiam inter Iohannem Czipser sartorem et inter Annam priuignam ipsius fecerunt et ordinauerunt sic, quod prefatus Czipser vna cum Andrea suo filio legitimo de omnibus et singulis hereditatibus et bonis mobilibus et immobilibus tres partes debent possidere, residuam vero quartam partem Anna prescripta post obitum sue matris debet habere de omnibus prescriptis. |

90      **427.** Feria quarta in vigilia vigilie sancti Andree (*28 listopada 1386 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Nicolaus de Koselnyk super tria quartalia agri quondam Nicolay Puschman L grossos paruos interdixit et est primus.

**428.** Eodem die et iudicio Nicolaus Meyge  $\frac{1}{2}$  laneum agri vna cum ortis, curia et omnibus edificiis Nicolai Rodestok iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**429.** Eodem die et iudicio Iohannes Creuczeburg institam suam in acie iacentem Iohanni Zomirsteyn loco Petri Zomirste rite et racionaliter resignauit.

**430.** Eodem die et iudicio Ywan Smolenyn conquestus est super Mathiam Clysch katholicum pro IIII marcis debitorem et sic, quod scabini publice recognouerunt, quod prefatus katholicus prescripto Rutheno de pretactis debitibus ante satisfaccionem adimpleuit, sic liber ab eo est iudicatus.

**431.** Eodem die et iudicio Iohannes Creuczeburg aperte recognouit, se Nicolao Koczeler in XIII marcis grossorum vsualium stare obligatum et easdem pecunias idem Koczeler apud Petrum Zomirsteyn de pecuniis, pro quibus Creuczeburg institam suam vendidit, in Carnispriuio nunc proxime instantे debet tollere et est primus super eas. |

91      \***432.** Feria sexta in die sancti Andree (*30 listopada 1386 r.*). Coram dominis consulibus in assesso consilio honorande persone accedentes, videlicet Nicolaus Kornechyn, Barbara consors ipsius legitima, necnon Iohannes priuignus ipsius non compulsi nec coacti, sed animo bene deliberato publice recognouerunt, se Kunkoni Jungelkos in XXIII marcis grossorum vsualium obligari et pro eisdem pecuniis ipsi sibi

vnam cameram pannicidarum proposuerunt, et priuigno suo super festum Natiuitatis sancti Baptiste nunc proximo instante soluere promiserunt, sed Kuncko pretactam cameram debet tenere usque ad vnum integrum annum.

**433.** Feria quarta in vigilia sancte Lucie (*12 grudnia 1386 r.*). iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Brechtel pellifex pignera sibi per Conradum Spethe proposita iure investigauit, quod ea vendere potest.

**434.** Eodem die et iudicio Nicolaus Bolcz pignera videlicet III centa corea sibi per Iohannem Chrosmyscha sibi pro XXXI marcis proposita iure acquisiuit, ut potest ea vendere.

**435.** Eodem die et iudicio Nicolaus Bolcz pignera sibi per An-dream sutorem obligata omnia peregit, quod potest ea vendere. Summa pecunie ipsius IV $\frac{1}{2}$  fertones. |

## 1387.

**436.** Feria quarta proxima ante festum beatorum Fabiani et <sup>92</sup> Sebastiani (*16 stycznia 1387 r.*). Anna Borkynne dimidium la-neum laneo Greblonis coniacentem ecclesie beate Virginis Marie paro-chiale in Lemburga pure propter Deum coram assesso consilio dedit et resignauit.

**437.** Eodem die et iudicio Georgius Bottener cum pigneribus Iohannis Leffel de Moldauia omnia perfecit sic, quod ea pro suis debit is vendere potest.

**438.** Eodem die et iudicio Peschco Bohemus de Lublyn super institam et omnia bona mobilia et inmobilia Petri Cletlendorf XXXIIII marcas grossorum visualium interdixit et est primus.

**439.** Eodem die et iudicio Gerko Smethus super omnia et sin-gula bona hereditates, mobilia et inmobilia Iohannis Moschowicz ad

ipsum post obitum relicte Scheublonis sue sororis iure deuoluta II<sup>1/2</sup>, marcas grossorum visualium interdixit et est primus.

**440.** Eodem die et iudicio Eckeberthus Stulpczes super hereditates et bona mobilia et immobilia prescripti Iohannis Moschowicz X marcas interdixit et est secundus.

\***441.** Eodem die coram dominis consilibus Brun Pharrer in assesso consilio palam recognouit, se prouido viro Karacbey katholico in XLII marcis grossorum visualium fore obligatum, de quibus quidem pecuniis videlicet XLII marcis in festo Natiuitatis Christi nunc proximo sequente XXI marcas, residuas vero pecunias in festo Natiuitatis Christi tunc proximo sequente promisit soluere et pagare. Eckeberthus Stulpczes promisit pro eisdem. De hiis debitibus pretactus Brun Pharrer prefato Karacbeyo XX marcas cum III fertonibus in presencia proborum hominum persoluit et hoc Karacbey coram assesso consilio recognouit. |

93      **441a.** Eodem die et iudicio Ruffus Henricus super ligna Nicolay de Landishuth XLVI grossos interdixit et est primus.

**442.** Eodem die et iudicio Ienko carpentarius domum suam domui sue coniacentem foris portam Halicensem Nicolao suo fratri iuste vendicionis titulo libere resignauit et idem Nicolaus integraliter persoluit.

**443.** Sub anno Natiuitatis Domini MCCCLXXXVII a feria sexta ante beatorum martyrum Fabiani et Sebastiani (*18 stycznia 1387 r.*) Domini consules finixerunt, quod nemo debet ludere tasseres in ciuitate pro nullo numero nec paruo nec magno. Et quis hospes vinceret, quod permittit ludere in domo sua, ille debet dare I marcam pro pena. Et qui ludunt cum lucribus, debent dare I marcam cum omni lucro quodquod lucrabitur. Et qui perdidit, debet dare I marcam. Et quis hospes vinceret, quod permittit ludere in domo sua tercia vice, ille debet priuari ab omnibus tabernis, quod amplius non propinetur. Item eodem die finixerunt, quod nullus hospes sit, quiscunque sit sector aut aliis, quod non debent emere afenum in foro, sed debent recipere in hospiciis suis.

**444.** Eodem die et iudicio Nicolaus Koler, qui seruuit in allo-dio Gerkonis Smethus, ortum suum foris portam Haliczensem iacentem retro Ruffos cerdones Michaeli Ax tunc notario ciuitatis iuste vendidit et resignauit. |

**445.** Iohannes Orient I. Iacusch Creuczeburg. Feria <sup>94</sup> tercia in die sancte Agathe (5 luteo 1387 r.) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Iohannes Orient de Cracouia super omnia et singula bona mobilia et immobilia Iakuschonis Creuczeburg XVII marcas grossorum vvisualium interdixit et est primus.

**446.** Eodem die et iudicio Paulus quondam notarius ciuitatis promisit Kirstano Stulpczes ex parte Iohannis Porsleger vnum pecium fuse cere valentem X marcas super festum Letare nunc proximo instante omni dilacione postposita persoluere et erogare. Eciam Iohannes Porsleger promisit pretacto Kirstano omnia debita, in quibus ipse sibi debitor existit, in festo Penthecosten tunc proximo sequente integraliter soluere et pagare omni protraccione proculmota.

**447.** Eodem die et iudicio Kaczadur katholicus palam recognouit, se honesto viro Nicolao Kornchyn in  $1\frac{1}{2}$  marcas grossorum vvisualium fore obligatum, de quibus pecuniis idem Kaczadur pretacto Nicolao  $\frac{1}{2}$  marcam in festo Letare nunc proximo instante, residuam vero marcam in festo Pasche tunc proximo sequente promisit soluere et pagare omni dilacione postposita. |

**448.** Feria quarta proxima post dominicam Letare (20 marca <sup>95</sup> 1387 r.) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Iohannes Kerewidir personaliter constitutus omnes hereditates quondam Iohannis Bork in ciuitate Lemburgensi iacentes prouidis et honestis Nicolao Briger, Nicolao Bolcze et Georgio Schiler manifeste resignauit, prout Iohannes Libintal de Cracouia ipsum Kerewidir coram bannito iudicio ante aliquibus temporibus super easdem hereditates ad porrigendum constituerat in verum procuratorem.

**449.** Eodem die et iudicio Bartholomeus seruitor Pauli Reuse de Thorun super domum et duos laneos et omnia bona mobilia et immobilia Hanonis Thymycz XXI marcas grossorum vvisualium sev ruthenalis pagamenti interdixit et est secundus ex parte sui domicelli, sed

Iohannes Ederer est primus de Cracouia, quia LVII marcas cum I fertone interdixit.

\*450. Eodem die et iudicio Bartholomeus seruitor Pauli de Thorun super domum et omnes (hereditates) Nicolai Kornchyni VII marcas ruthenalis pagamenti interdixit et est tercius, sed Iohannes de Thorun pie memorie fuit primus cum L marcis; de hiis XV marcas Nicolao Kornchyn persoluit, prout Nicolaus Bolcze coram bannito iudicio recognouit ipso Iohanni ad huc viuenti, sed debita Iohannis de Thorun omnia sunt persoluta et defelcata.

\*451. Eodem die et iudicio Curtus Paulus super omnia bona mobilia et inmobilia Iohannis pictoris sui inquilini VI marcas grossorum vsualium interdixit et est primus.

\*452. Eodem die et iudicio Bartholomeus seruitor Pauli Reuse de Thoron super domum et omnes res Nicolai Korchyn VII marcas ruthenalis pagamenti interdixit et est tercius. |

97 453. Notatur quod anno Domini millesimo CCCLXXX septimo in die Kathedre sancti Petri (*22 lutego 1387 r.*) noui consules necnon scabini sunt electi, quorum temporibus hec subnotata sunt facta et agitata. Nomina consulum electorum: Nicolaus Kezelyng, Gerko Smethus, Iohannes Amen, Michael de Stynaw, Petrus Melczer, Nicolaus Briger. Aduocatus Michael de Stynaw et scabini hii subnotati: Fryczko de Smotricz, Hannos Worst, Nicolaus Koczeler, Nicolaus Bolcz, Ottel Rymer, Kuncze Storring, Iohannes Zomirsteyn, Henricus de Treblaw et Niczko Huter.

454. Feria quarta proxima post festum sancti Mathie (*27 lutego 1387 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem Hanko Clopper omnia iura cum hiis quatuor staminibus media stamina de Englia perexit, quod sunt adiudicata ad uendendum. Stamina fuerunt Nicolai filii Gregorii de Cracouia.

\*455. Eodem die et iudicio Iohannes de Thorun omnia iura cum quautor staminibus de Edynge, que sibi per Nicolaum Kornechyn ratione pigneris obligata fuerunt, peregit, quod potest ea vendere.

**456.** Eodem die et iudicio Iohannes Kessilhut concius aperte recognouit, quod Fridel gener Halpritter sibi I marcam minus II grossis totaliter persoluit.

**457.** Eodem die et iudicio Nicolaus Glazer dimidium laneum agri in libertate ciuitatis iacentem Andree Zomyrsteyn iuste vendicionis tytulo libere resignauit. |

**458.** Eodem die coram dominis consulibus in assesso consilio 98 Niczko balneator se de Nicolao olym filio Peschconis balneatoris a dominis consulibus IX marcas grossorum vsualium acceptando intromisit promisitque prescriptus Niczko balneator prefato Nicolao omnia sua necessaria vestimentorum, calceorum et precia stolarium, quoisque ad serenitatem sue etatis peruererit, et cum ad etatem peruererit, extunc pretactus Niczko balneator prefatas IX marcas ipsi Nicolao integraliter reddere tenetur, et ista omnia Niczko balneator cum suis omnibus hereditatibus et rebus et bonis mobilibus et inmobilibus voulit adinplere.

**\*459.** Fratres Predicatores ∵. Nicolaus Tropper. Eodem die et iudicio fratres Predicatores super hereditates singulas Niczkonis Tropper ratione testamenti per Petrum Ponicz quondam notarii ciuitatis XIIIII marcas interdixerunt.

**\*460.** Friczko de Smotricz ∵. Nicolaus Tropper. Eodem die et iudicio Friczko de Smotricz super hereditates Niczkonis Tropper IX fertones interdixit et est secundus et duas eciam drabas vacuas interdixit.

**\*461.** Iohannes Worst ∵. Nicolaus Tropper. Eodem die et iudicio Hannos Worst super domum sev hereditatem Niczkonis Tropper XCVI grossos interdixit et est tercius.

**462.** Eodem die coram dominis consulibus personaliter constitutus Iarusslaus de Rothebor publice recognouit, quod Paulus condam notarius IIII marcas, in quibus ipse suo socio in Rathebor debitor extiterat, integraliter et honeste persoluit et pagauit. |

**463.** Feria quarta proxima ante Letare (*13 marca 1387 r.*). Co- 99 ram dominis consulibus in assesso consilio prouida et honesta domina

Elyzabeth relicta Mesceneri aperte recognouit, quod Theodricus gener eius de omnibus et singulis bonis mobilibus et immobilibus ad ipsam post mortem Katherine filie eius deuolutis, honestam satisfaccionem inpleuit sic, quod ipsa eum cum omnibus affinibus quitum dimisit penitus et solutum, quod nulla per amplius memoria de talibus fieri debet. Concordatores fuerunt inter Petrus Yzenhutel, Henricus Rymer de Kamencz. Nicolaus Schuldurbeyn fideiubuit, quod nulla monicio de talibus amplius fiet.

**464.** Eodem die et iudicio Iacobus seruitor Iohannis Ederer sev cognomine Stal super omnia et singula bona Iohannis pictoris V marcas cum XL grossis interdixit et est secundus. Curtus Paulus est primus cum VI marcis.

**465.** Feria quarta post dominicam (*opuszczone*). Hendzlynus Gebuwir coram assesso consilio omnia ornamenta argentea, quantum ad edificationem muri pertinebat, magistro Saxoni tunc vitrico ecclesie valencia VI marcas totaliter persoluit ex parte relicte Peschconis balnearioris, residuas pecunias videlicet VII fertones pro firmitate beate Virginis dedit.

**466.** Eodem die Iohannes Gebuwir prescriptus publicauit coram consulibus, prout Petrus frater Henrici sui generi coram scabinis, videlicet Friczkoni de Smotricz et Henrico de Treblaw et Luce tunc viceaduocato antea recognouit, se omnia et singula bona ad ipsum Henricum post obitum Anne vxoris sue legittime pertinencia, integraliter percepit (*sic*) et ipsum ex parte Henrici sui patris prefati quitum dimisit et solutum.

**467.** Eodem die Nicolaus faber de Wyssewassir super hereditates Kreze relicte Peschconis fabri IIII marcas grossorum visualium cum XX latis grossis interdixit et est primus. |

100      **468.** Feria quarta proxima post dominicam Quasimodo geniti (17 kwietnia 1387 r.) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Theodricus Valentini de Cracouia pignera sibi per Nicolaum Feyst videlicet tria stamina de Zythaui pro VII marcis grossorum visualium proposta et obligata ad vendendum iure acquiesciuit.

**469.** Eodem die et iudicio Niczko Morung iure acquesiuit, quod dimidium stamen de Engel sibi per Martinum Henfelyng propositum pro II marcis vendere potest.

**470.** Eodem die et iudicio Nicolaus Schuldirbeyn ex parte Georgii Bottener domum ipsius Georgii prouido et honesto Nicolao Eckel rite et racionabiliter resignauit.

**\*471.** Eodem die et iudicio Nicolaus Eckel vouit et promisit Niczkoni *an der Ecke* XV marcas grossorum vsualium prima via cum veniret soluere et pagare.

**472.** Eodem die et iudicio Nicolaus Koczeler super omnia bona mobilia et inmobilia Bartholomey Proczenhayn pellificis XIIIII sexagenas grossorum vsualium interdixit.

**473.** Eodem die et iudicio Iohannes Kreuczburg super institam Cotlubey Korschofsky III marcas grossorum vsualium interdixit et est primus. |

**474.** Feria sexta in crastino sancti Marcii (*26 kwietnia 1387 r.*).<sup>101</sup> Peschko sutor cognomine *der Agnethen* ex parte Iohannis ianitoris value sui socii defuncti VII marcas grossorum vsualium dominis consulibus in assesso consilio dedit et presentauit. Et easdem pecunias domini consules Hemploni Gocze vectori dederunt, quod ipse sorori ipsius deberet presentare in Cracouia.

**\*475.** Feria quarta in vigilia Ascensionis Domini (*15 maja 1387 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Nicolaus Halbekost super partem molendini ciuitatis quantum ad Niczkonem Glywicz pertinet XXXVI grossos interdixit et est primus post ciuitatem. Domini persoluerunt.

**476.** Eodem die et iudicio ex mandato dominorum consulum tunc residencium, Michael tunc ex parte dominorum consulum notarius ciuitatis vnum ortum Iohanni Gebuwir resignauit, et domini consules pecunias pro suis debitibus perceperunt. Ortus fuit Niczkonis quondam muratoris.

**477.** Eodem die et iudicio Margaretha relicta Bricci ortum suum foris ciuitatem iuxta ortum Brigeri iacentem Martino Grune iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**478.** Eodem die et iudicio Awedys institam suam ex opposito instite Orus iacentem Iacobo Armeno iuste vendidit et racionabiliter resignauit. |

<sup>102</sup> **\*479.** Eodem die et iudicio Margaretha relicta Friczkonis de Smotricz palam recognouit, se prouido viro Iohanni Bobiraw concui in Thoron in centum quinquaginta quinque marcis pruthenicalis numeri stare debitorie obligatam. Pro quibus quidem pecuniis prefata domina Margaretha cum omnibus suis bonis, hereditatibus mobilibus et immobilibus pretacto Iohanni Bobiraw necnon Iohanni Parys nomine ipsius ac procuratori eius abs omni fraude et dolo honorifice soluere promisit. De eisdem in presencia dominorum ipsa XLVIII sexagenas persoluit, residuas vero L sexagenas Hendzil Gosil cum ducentis coreis minus VI coreis et XL lapides zinziberis soluere et pagare tenetur, quae bona Friczko apud eum reliquerat.

**480.** Eodem die et iudicio Laurencius sartor necnon Pampusch pistor sororius ipsius domum quandam Fleyschbank Petro Wagner in VIII marcis grossorum visualium proposuerunt sic, quod idem Wagner super domum et censem eiusdem domus debet esse primus.

**481.** Eodem die et iudicio Ottel Rymer super omnia bona mobilia et immobilia Nicolai Dorner I<sup>1/2</sup> marcas interdixit et est primus.

**482.** Feria sexta ante festum sancte Trinitatis proxima (*31 maja 1387 r.*). In assesso consilio constituti Petrus, Bartholomeus et Nicolaus filii condam Peskonis balneatoris publice protestantes, quod Nicolaus sutor gener Friheri omnia debita, in quibus ipsis extiterat obligatus, ratione hereditatum integraliter persoluit ipsis et pagauit sic, quod ipsum liberum dimiserunt et solutum.

**483.** Feria quarta in vigilia Corporis Christi (*5 czerwca 1387 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio prouida et honesta domina Anna filia quandam Zydlonis Spiczmar palam recognouit, quod

ydoneus vir Petrus Yzenhutel de omnibus et singulis bonis ad ipsam post mortem Girlini sue matertere deuolutis satisfaccionem adinpleuit, sic ipsa pretactum Petrum quitum penitus dimisit et solutum.

**484.** Eodem die et iudicio Petrus Yzenhutel institam suam ex opposito instite Iohannis de Styna iacentem Niczkoni Czeppener suo genero iuste vendicionis titulo libere resignauit. |

\***485.** Eodem die et iudicio Nicolaus Bolcz personaliter constitutus 103 vnum quartale vnius curie, prout longe et late est distincta, prouido viro Paruo Wernkoni iuste vendicionis titulo libere resignauit.

\***486.** Eodem die et iudicio Herbordus Craczman super domum Stephani quondam Rademucz dicti quantum ad relictam ipsius pertinet X marcas cum  $IX\frac{1}{2}$  grossis latis interdixit et est quartus. Et si prefatus Herbordus personaliter adesse ad repetenda prescripta debita non poterit, super hiis ipse Iohannes Kerewedir suum plenipotentem coram eodem iudicio effecit procuratorem.

**487.** Eodem die et iudicio Nicolaus Czanak super omnia bona mobilia et immobilia Iohannis Momeylch dicti I sexagenam cum XII paruis interdixit et est primus.

**488.** Eodem die et iudicio Margaretha relicta Zanderi peratoris institam suam in tribus sexagenis grossorum visualium cum XXIII grossis paruis ratione veri pigneris proposuit et obligauit. Ciuitas est prima ratione census.

\***489.** Eodem die coram dominis consulibus Nicolaus Kezeling fecit rationem cum Iohanne Giraci ex parte sue filie relicte Stephani Rademucz de hereditate sev domo in plathea Halicensi iacente sic, quod Iohannes Giraci palam recognouit, quod se omnis pecunias hereditales a prescripta perceperisse exceptis VII marcis, in quibus ipsa domina debita sibi remansit, et ipse Iohannes est primus super censum eiusdem domus ad tollandum.

\***490.** Et de prescriptis pecuniis Michael Ax tunc notarius ciuitatis V marcas a Iohanne genero Kezelingu V marcas percepit, quod coram bannito iudicio fassus est et easdem ipsi Iohanni Girach presentauit. |

104      **491.** Notatur sabato die proxima post festum Corporis Christi (8 czerwca 1387 r.). Honoranda domina Margaretha relicta Friczconis de Smotricz aperte recognouit, se prouido uiro Iohanne Blvkym conciue in Thorun in centum et decem et septem marcis grossorum polonicali numero stare obligatam ex iusto debito, quod se promisit honorifice persoluere et pagare abs omni fraude et dolo.

**492.** Eodem die Sewoncz Armenus filius Meletschy testante Michaeli de Stynaw tunc aduocato necnon Nicolao Bolcze et Otloni corrigatori scabinis de omnibus et singulis debitibus, in quibus ipsum Tholak filius Thaycz post obitum sui patris ac omnium affinum suorum inculpauit in iure prouinciali per strenuos viros et dominos Paschconem de Odirberg tunc pallatinum parui castri, Ieschconem de Masouia, Miczkonem de Masouia, Miczkonem dictum Suchi, Bogdanum institorem tunc aduocatum Armenorum in Lemburga, Herbythonem Armeno filium Thenegani de Ladymeria liber penitus est et solutus iudicatus sic, quod per amplius prefatus Sewoncz predictis debitibus nunquam per Tholak nec aliquos alios homines vel affines ipsius debet alloqui vel quibusuis modis impediri, nam sibi metseptimos iuxta iuris exigenciam iuramenta prestauit.

\***493.** Feria quarta proxima ante festum Natiuitatis sancti Iohannis (19 czerwca 1387 r.) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem Nicolaus Pulczer de Cracouia super domum Michaelis sellatoris XLII marcas grossorum visualium interdixit et est primus sic, quod idem Michael prefatas pecunias prima via cum nunc adueniret, sibi persoluere debet abs omni dilacione.

**494.** Eodem die et iudicio Manetha in fine institrix iure acquiesciuit, quod pignera ei per Wilhelmum scriptorem proposita et obligata pro pecuniis suis videlicet pro I marca cum V grossis potest vendere. |

105      **495.** Eodem die et iudicio Martinus Rotermel vnam cameram pannicidarum Niczkoni Czepener genero Yzenhutel iuste vendicionis titulo libere resignauit, tali tamen condicione interiecta, quod ipse Rotermel prefatam cameram a presenti die usque ad festum Penthecosten proxime affuturum debet habere et tenere.

**496.** Eodem die et iudicio Niczko Huter super domum Fochs fabri  $\frac{1}{2}$  marcam minus III $\frac{1}{2}$  grossis interdixit et est quartus.

**497.** Michael Ax *v./.* Maczko aduocatus Halicensis. Eodem die coram dominis consulibus in assesso consilio Maczko aduocatus Halicensis personaliter constitutus palam recognouit, quod Michael Ax tunc notarius ciuitatis Lemburgensis, omnia et singula debita, in quibus ipse Michael Martino concui quondam in Zudaczaw antecessori ipsius Maczkonis post mortem eius debitor remanserat, totaliter persoluit, exceptis tribus marcis grossorum vsualium, in quibus ipse pretactus debitor adhuc remansit. Et ista negotia omnia et soluciones prescripte facta et acte sunt cum consensu Anne relicte preacti Martini in Zudaczaw nunc vxoris legitime Maczkonis aduocati prescripti et eciam cum consensu relicte Hermani quondam in Zudaczaw matris Anne prenominate legitime, que ipsum sepedictum Maczkonem personaliter coram assesso consilio assistantem in suum verum legitimum et plenipotentem elegerunt et constituerunt procuratorem faciendi et dimitendi tamquam ipse omnibus personaliter interessent. Et quodquod per eundem Maczkonem de premissis factum et receptum et per ipsum Michaelm persolutum fuerit, de hiis omnibus prius dicte domine ipsum Michaelm quitum penitus dimiserunt et solutum, eciam inclusio, quod si Sigismundus filius Martini pie recordacionis siue priuignus Maczkonis ad serenitatem sue etatis crescendo peruenerit, et suas pecunias secundum assignacionem Martini patris sui habere voluerit, extunc in ipso Maczkone aduocato Halicensi vel successoribus eius et villis necnon hereditatibus et omnibus bonis mobilibus et inmobilibus Maczkonis cuiuscunque condicionis aut spey extiterint, nullis penitus exclusis, debet et potest acquirere et investigare. Summa omnium pecuniarum, in quibus Michael prefatus debitor extiterat, facit XXVIII $\frac{1}{2}$ , marcas grossorum vsualium. |

\***498.** Eodem die et iudicio personaliter constitutus Kaczceris *tol-* 106 *macz* publice recognouit, se prouido viro Wyncone Gerconis conciue in Thorun in XXVII staminibus valentibus quolibet stamine pro XI fertonibus cum I loto computando fore debitorie obligatum. Pro quibus quidem pecuniis prefatus Kaczceris *tolmacz* prescripto Wincone domum Petro Bohe necnon domum suam propriam cum omnibus rebus mobilibus et inmobilibus Petro Buhe et suis propriis vna cum collo suo et

XXX lapidibus themean super terminum IIII mensium racione veri pignoris proposuit et obligauit. Promiseruntque honorande domine vxor Petri Buhe atque vxor Kaczceris *tolmacz* pro XV marcis prescriptorum debitorum super domum prefixum. Si, quod absit, predicte hereditates seu domus per ignis incendium aut aliud aliquid periculum deficerent uel perirent sic, quod predictus Winco Gerkonis suas pecunias valoris suorum debitorum habere non valeret in eisdem hereditatibus, et si ipse Winco Gerconis huiusmodi aliquod dampnum percipiet ultra istas hereditates, hoc dampnum Iohannes Paris vna cum ipso Wincone Gerkonis per medium inter se debent et tenentur tollerare.

**499.** Feria secunda in die Natiuitatis sancti Iohannis Baptiste (*24 czerwca 1387 r.*). In presencia dominorum consulum validus vir Stephanus heres de Mettalyn necnon de Melaticz profitens, se adhuc habere vnam curiam in Czisto nomine Marsicz et vnum ortum cum curia foris ciuitatem Lemburgensem circa molendinum Gregorii Stecher. Has omnes hereditates predictas Stephano fratrueli suo ad fideles manus dedit et erogouit tali condicione, quod si quid periculum mortis in Stephno heredi de Metalyn eciam predicto mortis periculum contigerit, extunc Stephanus fratruelis ipsius prefatas prescriptas hereditates super dominam Annam patrui ipsius legittimam vxorem necnon super Stephanum atque Phylippum filius eius atque Vrsulam filiam ipsius debet tenere et conseruare. Et si aliquod periculum mortis in honoranda domina Anna et in pueris Stephano Philippo et Vrsule peruererit, tunc Stephanus fratruelis pretactas hereditates debet possidere. |

**107 500.** Feria quarta in die sancti Iohannis Ewangeliste (*26 czerwca 1387 r.*) iudicium fuit bannitum magnum. Et coram eodem iudicio Georgius Ernst publicauit, quod ipse duo opera sev scampna pannum pro suis propriis pecuniis comparauit, et prefata opera pueris Mathie Plesner sui generi dedit et resignauit tali condicione interiecta, quod ipse Mathias predictus prenominata opera temporibus vite sue debet regere et gubernare, sed non debet vendere neque racione vadii propone sev obligare. Et si aliquis hominum super pretacta opera interdixerit, extunc prenominatus Georgius Ernst vna cum prescriptis pueris debent esse primi.

**501.** Tropper. Eodem die et iudicio Niczko Tropper domum suam ex opposito hospitalis iacentem fratris Predicatoribus racione

testamenti Petri Ponycz pie memorie pro XIIIII sexagenis grossorum visualium proposuit et obligauit.

**502.** Eodem die et iudicio Hendzyl Slickenpfyl super hereditates Pauliczkonis *tolmacz*  $\frac{1}{2}$  marcam interdixit et est post ciuitatem secundus.

**503.** Eodem die et iudicio Kuncze Storring ex parte Glywicz molendinatoris super molendum ciuitatis quantum ad ipsum Glywicz pertinet L grossos interdixit et est tercius, sed Henricus de Treblaw fuit secundus cum  $\frac{1}{2}$  marca et ista est sibi persoluta.

\***504.** Eodem die et iudicio Hannus Schobir faber super partem molendini quantum prefato Glywicz pertinet LXX grossos interdixit et est quartus.

**505.** Eodem die et iudicio Henricus de Treblaw super partem molendini quantum Iohanni Glywicz pertinet LXXX grossos interdixit et est quintus.

**506.** Eodem die et iudicio Iohannes Gebuwir Monoculus XXXIX grossos super partem Glywicz in molendino interdixit et est sextus. |

**507.** Eodem die et iudicio Nicolaus Czanak sartor super molen- 108 dinum ciuitatis quantum ad Iohannem Glywicz pertinet XXXIV grossos interdixit et est septimus.

**508.** Eodem die et iudicio Niczko Mergenburg pignera sibi pro V marcis minus  $\frac{1}{2}$  fertone obligata iure acquiesuit, quod ea vendere potest pro suis pecuniis.

**509.** Eodem die et iudicio Niczko Mergenburg super partem molendini ciuitatis quantum ad Glywicz molendinatorem pertinet X grossos interdixit et est octavus.

**510.** Eodem die Niczko Huter res seu pignera sibi per Michaelem Armenum, qui scit Ungariam, obligata iure acquiesuit, ut ea vendere potest.

**\*511.** Feria quarta proxima ante festum sancte Margarethe (*10 lipca 1387 r.*). Et coram eodem iudicio Petrus Gorlicz super balneam stubam Armenicalem foris ciuitatem et super omnia bona mobilia et inmobilia Iohannis Amyr VIII grossos interdixit et est primus post Murath.

**512.** Eodem die et iudicio Petrus Fynster ex parte Iohannis Goltberg de Thorun super balneam Armenicalem ad Iohannem Amyr pertinentem V marcas ratione allecum interdixit. |

109      **513.** Eodem die et iudicio Martinus de Rathybor ex parte Dorothee vxoris sue legittime domum Michaelis sellatoris interdixit, quod absque scitu ipsius et vxoris eius preacte nulli debet vendi neque resignari.

**514.** Eodem die et iudicio Henricus Clemme non conpulsus nec coactus, sed sano corpore et spontanea mente medium partem sue domus in ciuitate Lemburga iacentem et medium partem trium laneorum foris ciuitatem Lemburgensem iacentem, necnon dimidiam partem domus in ciuitate Grodek iacentem atque medium partem quatuor laneorum foris ciuitatem Grodek iacentem honorande Anne sue legittime filie, prout ad eandem Annam post mortem Katherine sue matris legittime prescripte hereditates sunt deuolute, recte et racionabiliter dedit et resignauit.

**515.** Eodem die et iudicio Andreas Zomirsteyn super hereditates et omnia bona mobilia et inmobilia Hendzlyni Slickenpfyl XIII marcas cum I fertone interdixit et est primus.

**516.** Eodem die et iudicio domini aduocatus et scabini conscribere mandauerunt, quod Iohannes Frembde de Halicz feria quarta ante Carnispriuum tunc nuperrime preterito super domum Iacuschonis cerdonis foris ciuitatem I marcam cum XL grossis interdixit et est primus. |

110      **517.** Feria quarta in vigilia sancti Iacobi (*24 lipca 1387 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Iohannes Worst ex parte Dominici fratriis quondam Bricci sartoris medietatem domus quondam ipsius Briccii Margarethe vxori Grande Iohannis iuste vendicionis tytulo libere resignauit.

**518.** Feria quarta proxima post octauas sancti Iacobi (*7 sierpnia 1387 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Sirkys katholicus pignus sev schubam sibi per Bogdanum institorem obligatam iure acquesiuit, et eandem pro suis pecuniis vendere potest videlicet pro  $II\frac{1}{2}$  marcis.

**519.** Eodem die et iudicio Eckebertus Stulpches ex parte Thome breseatoris thugurium, quod *wychus* vulgariter nominatur retro Martinum circa valuam iacentem Claudio Michaeli carnifici iuste vendicionis titulo libere resignauit.

\***520.** Eodem die coram assesso consilio honoranda domina Beymelyk relicta Emyn Armeni centum marcas cum quinquaginta marcis grossorum visualium Czobano genero suo ad fideles manus suas dedit et erogauit tali condicione, quod ipse cum eisdem pecuniis debet labore et eam cum pueris eius fouere et tamquam prouisor nutrire. Promisit eciam prefata Beymelyk pretacto Czobano, quod ipsa nunquam diebus vite sue aliquem maritum ducere legitimum, et ipse Czoban promisit eam et pueros eius nunquam derelinquere usque ad mortem. |

**521.** Notatur feria quarta proxima post festum Assumptionis Mariae Virginis (*21 sierpnia 1387 r.*). Wir Rothite der Stat czur Lemburg bekennen, daz vor uns komen ist dy erbere Vrawe Margaretha, dy Gregor Stechers Wyp ist gewest, mit erem Swoger Peter Stechern vnd hot bekant mit wolbedachtem Mute vnd mit gesundem Libe, daz se ha eyne Vorrichtunge gemacht mit dem vorgenanten Peter Stecher, alzo daz dy egenante Margaretha Peter Stechern daz Erbe hot geben, daz czwessin korcz Pawiln vnd dem Echause Lyoc, do dy vorgenante Vrawe Margaretha ynne wont an dem Gelde, daz ym an ist gestorben von synen Bruder Gregor Stechern vnd daz selbe Erbe daz ze ym gebyn hot, daz zal hynden vnd vorne alzo lank vnd alzo breit behal din, alz daz Erbe do dy Vrawe selbir ynne ist, vnd dy Wile daz dy vorgestorben Vrawe Margaretha vnd Peter Stecher by enandir in gu ten Zyn dy Wile zuln dy Erbe blywen sten vngteylt in der Schykunge, alz ze vorgestandin han, ab daz qweme, daz Got nicht gebet, ab eyn Fewir ausqweme, daz dy Erbe vorbrenten, zo sullen ze dy Erbe teylen vnd abmessen, daz eyns alzo lank vnd alzo breit behelt hindyn vnd

vorne alz daz andir vnd yderman zal daz zyne bawen daz beste daz her mak auch ab is zust qweme, daz ze sich mit inenandir schyden, zo sullen ze abir dy Erbe teylen vnd abmessen, daz eyins alz lank und alzo breyt behelt hindin vnd vorne alz daz andere, vnd ab der egenanten Vrawen Margarethen bey erem lebinden Lybe ir Erbe irne eynsveil worde, daz zal Peter Stecher neer Erbe vm syn gelt czu cauphen wen ymand andirs. |

114     \***522.** Eodem die prescripto domini tunc consules vna cum tota communitate ciuitatis Lemburgensis finixerunt et ordinauerunt, quod nemo vinum propinare debet excepto in cellariis subitus pretorium, ibi ciuitas debet propinare vinum, vel qui prefata cellararia conuenerit, sed nullus in ciuitate debet vinum propinare. |

115     **523.** Feria quarta proxima ante festum Natiuitatis Marie (*4 września 1387 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Henricus Penth de Cracouia cum staminibus Nicolay filii Gregorii de Cracouia omnia iura peregit sic, quod ipse ea (potest) vendere pro suis debitibus.

**524.** Eodem die et iudicio Nicolaus Czanak cum pigneribus sibi per Iohannem Momylch obligatis omnia peregit, quod potest ea vendere.

**525.** Eodem die et iudicio Iohannes Chrosmysch ex parte sue sororis aream quandam cum vna stubella retro curiam Niczkonis pellificis contigue ipsi Niczkonii pellifici iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**526.** Feria quarta proxima post festum Exaltacionis sancte Crucis (*18 września 1387 r.*) iudicium fuit bannitum. Et quondam (*sic*) eodem iudicio Dorthea reicta Andree katholici institam suam a patre eius sibi innatam infra institis exterioribus iacentem Amyrbey filio Assyl iuste vendicionis tytulo resignauit.

**527.** Eodem die et iudicio Iohannes Gebuwir necnon Michael ex parte Henrici generis ipsius I laneum condam Nicolay Clettindorf Iohanni Czanak successori ipsius Clettindorf iuste vendicionis tytulo libere resignauerunt. |

**528.** Eodem die et iudicio Bartholomeus braseator domum suam <sup>116</sup> in platea Halicensi iacentem domino Nicolao presbitero ac privingno suo necnon Dorothee sue legittime nate, prout ipsis post obitum Katherine vxoris Bartholomey et matris domini Nicolai et Dorothee eis est innata, manifeste et libere resignauit sic, quod peramplius prefatus dominus Nicolaus nec Dorothea pro aliqua diuisione hereditatum sev bonorum sepedictum Bartholomeum non debent morcere nec arrestare, sed omnia inter ipsos debent esse plana et postposita.

**529.** Feria quarta proxima ante diem sancti Galli (*9 października 1387 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Caspar Krugel tamquam legitimus prouisor ex parte Gregorii apothecarii de Cracouia omnes et singulas hereditates intra et extra ciuitatem Lemburgensem situatas et iacentes, que ad ipsum Gregorium ex parte sue vxoris quondam filie Hankonis Swarcz dinoscuntur pertinere, prouido viro Petro Folmar iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**530.** Eodem die et iudicio domini consules domum quondam Nicolai Fochs circa hospitale iacentem Kunkoni Jungelkos iuste vendicionis titulo libere resignauerunt.

**\*531.** Eodem die et iudicio Fredricus pellifex super molendinum ciuitatis quantum ad Glywicz molendinatorem pertinet III fertones interdixit.

**532.** Eodem die et iudicio prouidi et honesti Iohannes filius Hankonis Reuse necnon Nicolai Glazer sororius ipsius vniionem et concordiam non coacti nec compulsi, sed animis bene deliberatis inter se generauerunt computacionem et diuisionem fecerunt sic, quod media curia in acie iacens quondam Hankonis Reuse, Nicolao Glazer cessit et alia media curia Kezelingo coniacens Iohanni Reuse pertinet. Eciam ipsi ex utraque parte sunt professi, quod ipsi de omnibus debitibus, que inter se habuerunt et sibi tenebantur totaliter persolucionem fecerunt sic, quod unusquisque eorum alterum liberum dimisit penitus et solutum.

**533.** Eodem die et iudicio Nicolaus Rodestok tria quartalia agri in libertate ciuitatis iacencia Iohanni Ludmar iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**534.** Eodem die et iudicio Nicolaus Rodestok pignera sibi per vxorem Schonebecke de Sereth obligata iure acquesiuit, vt ea pro suis pecuniis videlicet V fertonibus vendere potest. |

118     **535.** Notatur, quod anno Domini MCCCLXXXVII domini consules tunc residentes honesto viro Petro Folmar sex litteras priuilegiales quondam Hankonis Swarcz incorruptas et inviolabiles presentauerunt tali condicione, quod si ciuitas per aliquem hominem sev homines pro eisdem fuerit amonita, tunc Petrus Folmar prefatas litteras debet ciuitati representare.

**536.** Feria quarta ante festum sancti Martini (*6 listopada 1387 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Iohannes Worst propria ex parte necnon ex parte relicte Friczkonis de Smotricz VI boues sibi per Martinum de Drohobicz obligatos iure acquesiuit, vt pro suis debitibus vendere potest.

**537.** Eodem die coram assesso consilio Petrus filius Peschconis quondam balneatoris aperte recognouit, se prouido viro Gerkoni Smethus in V sexagenis grossorum vsualium fore sev stare obligatum, pro quibus quidem pecuniis prefatus Petrus pretacto Gerkoni V quartalia agri in libertate ciuitatis iacencia sibi ratione veri vadii proposuit tali condicione, quod a festo Penthecosten nunc proximo instante usque ad revolucionem vnius integri anni pretactas hereditates tenetur redimere, quod si non fecerit, extunc prenominatus Gerko Smethus sepedictas hereditates sev agros hereditarie debet et habet possidere tamquam ipsos iure acquisiuisset. |

119     \***538.** Eodem die et iudicio Nicolaus Glazer domum suam quondam Hankonis Reuse videlicet dimidiad curiam in acie iacentem prouido viro Nicolao Freudintal pro XI sexagenis grossorum vsualium ratione veri vadii proposuit et obligauit.

\***539.** Feria secunda in octaua sancti Martini (*18 listopada 1387 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Hendzlynus Slickenpfyl personaliter constitutus palam recognouit, se Andree Zomyrstejn in XX marcis grossorum vsualium cum I fertone fore debitorie obligatum. Et pro eisdem pecuniis idem Slickenpfyl pretacto Andree

omnes hereditates et omnia sua mobilia et immobilia bona proposuit et obligauit sic, quod Andreas prefatus super eadem bona debet esse primus.

**540.** Eodem die et iudicio Henricus Cromer super bona Iohannis Grose apud Nicolaum Bolcz existencia  $\frac{1}{2}$  marcam interdixit.

**541.** Eodem die et iudicio Stepanus gener Bogdani institoris institam suam in acie infra diuitibus institis iacentem Atlhabeyo priuigno quondam Orus vendidit et racionabiliter resignauit. |

**542.** Feria quarta in die sancte Barbare (*4 grudnia 1387 r.*) <sup>120</sup> iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio prouide et honeste persone Nicolaus Briger vna cum Katherina vxori sua legittima necnon Nicolaus Bolcz aream dimidie curie in circulo circa domum Nicolai Brigeri contigue iacentem ydoneo viro Paruo Wernkoni rite et racionabiliter resignauerunt.

**543.** Eodem die et iudicio Kaczarys *tolmacz* domum quondam Diuitis Iacobi ad Petir Buhain fratrem ipsius Iacobi iure deuolutam, Ywano filio Gregorii pro debitibus ipsius Petir Buhe vendidit rite et racionabiliter resignauit. Et ista omnia sunt facta et ordinata cum consensu Thormelyk vxoris quondam Diuitis Iacobi, que personaliter iudicio asstiterunt (*sic*), et suam voluntatem addidit.

**544.** Eodem die et iudicio Noradyn *tolmecz* Armenus sano corpore et sputanea mente prouisores sibi constituit et elegit videlicet Bogdanum institorem, Bogdanum filium sudarii et Amyrbey, qui post obitum ipsius Noradyn omnes hereditates et bona omnia et singula mobilia et immobilia solida manu ad salutem anime sue et iuxta sciencias suas debent conuertere et erogare. Et ista omnia prescripta sunt facta et ordinata cum consensu Zolmelyk vxoris ipsius Noradin legitime et bona voluntate.

**545.** Eodem die et iudicio Nicolaus Koczeler super Nicolaum filium Otykonis VII sexagenas grossorum minus XXV grossis paruis, pro quibus ipse filius Otykonis ex parte Hano Thymonis fideiussaliter promiserat, iure acquiesciuit quod sibi tenetur soluere et pagare. |

<sup>121</sup> **546.** Feria quarta proxima post Lucie (*18 grudnia 1387 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem Niczko *an der Ecke* domum suam braseatorio Iohannis Aman contigue coniacentem prouido viro Iohanni Kerewedir, prout in suis limitibus longe et late est distincta (*niedokończone*).

## 1388.

**547.** Feria sexta proxima ante festum Epyphanie (*3 stycznia 1388 r.*) Coram dominis consulibus in assesso consilio honestus Nicolaus Schiler necnon Nicolaus Kornechyn talem concordiam inter se ordinauerunt, quod Nicolaus Kornechyn ex parte puerorum Iohannis Beuthom vnam parietem, que stat super hereditatem Schiler edificando debet tenere, donec pueri viuent et suam habent hereditatem. Sed si pueri Iohannis Beuthom decederent vel hereditatem suam venderent, extunc prefatam parietem Nicolaus Schiler potest ponere in medio ambarum hereditatum. |

<sup>122</sup> **548.** Eodem die et iudicio Iacusch Scheplak braseatorium suum Iohanni Porsleger iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**549.** Meye. Eodem die et iudicio Meyge pistor personaliter constitutus aperte recognoscens, se IIII marcas grossorum visualium ex parte puerorum Hoppin quandam sui fratris integraliter percepisse a Iohanni Kryche, et easdem IIII marcas prescriptas prefatus Meyge pueris Hoppin cum ad serenitatem sue etatis peruenerint tenetur dare et restaurare. Eciam Meyge eodem die palam recognouit, quod Iohannes Kryche pueris Hoppin de patrimonii ipsorum satisfaccionem omnimodam fecit et adimpleuit sic, quod quitus penitus est iudicatus et solutus.

**\*550.** Eodem die et iudicio Nicolaus Koczeler super domum et omnia bona mobilia et immobilia Martini generi Michaelis sellatoris L marcas grossorum interdixit et super eandem hereditatem sev domum idem Koczeler VI marcas grossorum, in quibus Michael sellator debitorie obligari dinoscitur, interdixit et ex utraque parte est primus.

\*551. Eodem die et iudicio Nicolaus Kornechyn vna cum domina Barbara sua vxore legitima vnam cameram pannicidarum Paruo Wernkoni iuste vendicionis titulo libere resignauerunt. |

552. Eodem die prescriptus Brun Pharner vna cum Sirkysso*n*<sup>124</sup> katholico de omnibus bonis et rebus mobilibus et immobilibus, que ipsi inter se diuidere habebant, omnimodam et plenariam ordinauerunt concordiam sic, quod vnuusquisque eorum alterum quitum liberum penitus dimisit et solutum ita, quod per amplius per ipsos nec per successores ipsorum nunquam aliqua mencio neque mocio debet fieri, sed omnia inter ipsos debent esse plana et postposita. Hoc domini consules in assesso ordinauerunt.

553. Feria quarta proxima post Epyphanie (*8 stycznia 1388 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Ruffus Henricus super omnia bona Petri braxatoris V fertones cum XIII grossis iure acquiesuit et est primus. Nicolaus Czanak est secundus cum II marcis et cum X grossis.

554. Eodem die et iudicio Nicolaus filius Iohannis percussoris cere super omnia sua negocia, que contra Katherinam suam nouercam habuit facere et agitare, prouidum Mathiam Vynstir suum plenipotentem per omnia effecit procuratorem. |

555. Eodem die et iudicio Georgius de Sopoten comparuit coram bannito iudicio et Iohannes Beuthom, qui ipsum vocauerat, non comparuit.

556. Slomo Iudeus ∵. Petrus carpетarius. Feria quarta in die sancte Agathe (*5 lutego 1388 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem Petrus carpenterius foris portam Haliczensem habitans ortum suum ibidem iacentem Scholomo Iudeo pro  $I\frac{1}{2}$  marcis grossorum visualium ratione veri vadii proposuit super tres menses. Et infra spacium trium mensium, (si) non redimerit, extunc Scholomo eundem ortum vendere potest.

557. Eodem die et iudicio Nicolaus Kornechyn querimonia super Petrum Folmar pro III grossis ratione debitorum Iacuschonis Swarcz

conquestus fuit. Desuper adueniens Henricus Clemme publice recognoscens, se easdem pecunias videlicet III grossos ab ipse Petro Folmar integraliter percepisse, et sic Petrus Folmar ab ipse Kornechyn iudiciliter liber et quitus est iudicatus. Et simili modo ipse Petrus Folmar pro V marcis ratione census, in quibus per Nicolaum Kornechyn fuit inculpatus, liber est iudicatus, quia Henricus Clemme se omnia percepisse fassus est. |

126      \***558.** Eodem die et iudicio Petrus Stecher apud Nicolaum Freudental XXV marcas grossorum visualium ad Bertoldum de Moldauia pertinentes necnon apud Ruffum Henricum quinque quartalia coreorum interdixit et est primus.

**559.** Eodem die et iudicio Petrus Schulheys iure acquiesuit, quod se de hereditate et rebus mobilibus et immobilibus Nicolai Kornechyn debet intromittere ratione XV marcarum grossorum visualium.

**560.** Eodem die et iudicio Petrus Styger quatuor currus salis Iohannis Gebuwir pro  $I\frac{1}{2}$  marcis interdixit.

**561.** Eodem et iudicio Hano Thymicz omnes hereditates suas intra et extra muros existentes necnon omnia et singula sua bona mobilia et immobilia prouido viro Iohanni Ederer de Cracouia in XXII marcis cum XII grossis ratione veri vadii proposuit et obligavit, et idem Iohannes Ederer est primus. Secundus Paulus est videlicet Paulus Reuse de Thorun.

**562.** Eodem die et iudicio Miczko Omsryglod cum sua legittima vxore palam recognouerunt, se Scholomo Iudeo in  $II\frac{1}{2}$  marcis grossorum debitorie obligari, de quibus pecuniis singulis mensibus  $\frac{1}{2}$  marcam sibi soluere et dare tenentur et istud. |

127      **563.** Eodem die et iudicio Niczko Huter super omnes hereditates et bona mobilia et immobilia Nicolay sororii Halpritter  $I\frac{1}{2}$  marcas interdixit et est primus.

**564.** Eodem die et iudicio Murath Armenus super omnes hereditates et omnia bona mobilia et immobilia Ewacze generi quondam Ywanys monetarii XIX marcas grossorum visualium interdixit et est primus.

**\*565.** Eodem die et iudicio Andreas Zomirsteyn de sua bona voluntate et spontanea mente de domo Hendzlyni Slickenpfyl Paruo Wernkoni cessit sic, quod idem super eandem domum  $VIII\frac{1}{2}$  marcas grossorum interdixit et est primus, sed Andreas Zomirsteyn super omnia mobilia et inmobilia ipsius Slickenpfyl primus est. |

**566.** Feria quarta proxima post dominicam Inuocauit me (*19 lu-tego 1388 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Iacobus de Freyenstat super bona videlicet XIX marcas cum I fertone, que Nicolaus Werzing seruitor quondam Iohannis Kersburg super Iohannem Gebuwir Monoculum iure acquiesiuit,  $VI\frac{1}{2}$  marcas grossorum minus II latis grossis interdixit et est primus, quia Nicolaus prefatus ipsi Iacobo in eisdem pecuniis debitor existit.

**567.** Eodem die et iudicio Niczko Grunewalt acquiesiuit, quod pignera, que sibi Kaczadur in VI marcis minus I fertone proposuit et obligauit pro suis debitibus vendere potest.

**568.** Eodem die et iudicio Nicolaus Koczeler super hereditatem sev domum Michaelis sellatoris et Martini sui generi ex parte debitorum Martini L marcas grossorum et ex parte Michaelis VI marcas grossorum interdixit et est primus

**569.** Eodem die et iudicio Nicolaus Kornechyn vna cum Barbara sua vxore legittima vnam cameram pannicidarum Paruo Wernkoni iuste vendicionis titulo libere resignauerunt, eciam inclusio, quod Iohannes et Ofana pueri Iohannis Beuthom ratione prescripte et vendite camere, de qua medietas ad ipsos pertinebat, in omnibus hereditatibus, quantum ad Nicolaum Kornechyn vitricum eorum necnon ad Barbaram matrem ipsorum pertinet, XXIIII sexagenas grossorum visualium interdixerunt et precise debent habere et super easdem hereditates sunt primi. |

**570.** Eodem die et iudicio Sirkys katholicus super vnum saccum *129* piperis Asslabaroni katholici IX marcas cum I fertone interdixit et est primus.

**571.** Feria sexta in vigilia Kathedra beati Petri (*21 lutego 1388 r.*) Syrkis katholicus veniens in assesum consilium quasdam

litteras scabinas incorruptas et inviolatas dominis consulibus presentauit, petens easdem litteras in librum ciuitatis scribi et copiari; quarum litterarum tenor talis est: Coram singulis et vniuersis, quibus presens expedit audire, Nos iudex, iurati seu scabini Lemburgenses siue Lowow palam recognoscimus per officium: Quod (anno) Domini MCCCLXX sexto feria quarta ante diem sancti Iohannis Baptiste (18 *czernica* 1376 r.) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio constitutus reuerendus pater dominus Iacobus episcopus Kyouiensis necnon duo iurati nostre ciuitatis publice profitentes et expresse: quod Tayczadin filius condam Iwanis et gener Sirkis ciuis Lemburgensis presentis exhibitoris in agone sue mortis, sana mente, licet quadam egritudine oppressus testamentum fecit anime sue ad salutem. Omnia quoque et singula sua bona conscribere petiuit et mandauit. Primo assignauit ecclesie Corporis Christi vnam sexagenam. Item ecclesie beate Marie Virginis vnam sexagenam. Ecclesie sancti Iohannis vnam sexagenam. Item ad hospitale duas sexagenas. Item ecclesie sancti Francisci quinque sexagenas. Item in ciuitate Caffa ad quamlibet ecclesiam katholicam assignauit per vnam sexagenam. Item in Caffa est vna ecclesia katholica retro ecclesiam sancti Francisci, vbi se Christiani flagellare solent, cui eciam assignauit duas sexagenas. Ceterum vero assignauit vxori sue legittime videlicet Cotlumelik filie Sirkis predicti XL sexagenas. Item assignauit fratri suo Mardros quinque sexagenas. Item assignauit Burtel patruo suo, quinque sexagenas. Avunculo vero suo Michatar X sexagenas assignauit. Item consori suo Rustakis vnam sexagenam. Vxori vero eiusdem Rustakis vnam sexagenam. Item Symoni patri domini Stepphani vicarii Lemburgensis vnam sexagenam assignauit. Et notandum, quod predictus Tayczadin habuit secum in Lemburga XXXVII lapides piperris et medium lapidem de moscatis et de margaritis habuit tres fertones minus tercia dimidia *slotnic*. Item habuit tres libras de serico bona et quinque libras de serico vili. Item habuit duos equos. Item predictus Tayczadin habuit apud Chodza Mansur ciue in Caffa LX sexagenas franconicas. Item notandum, quod ipse Tayczadin in his debitibus est obligatus Iwanis Diuiti alteram dimidiad sexagenam. Item Bogdano Kamsori duas sexagenas. Et quidquid de supradictis bonis omnibus et singulis residuum fuerit, hoc filio suo legitimo Iohanni totum perpetue possidendum. Et de bonis circa eum inventis expositae sunt XX sexagene pro diuersis negociis et attenenciis pro pannis videlicet ad spolia et pro offertorio. Et iste XX sexagene debent recipi iterate de

predictis LX sexagenis, que sunt apud predictum Chodza Mansur, dum in Lemburgam adducentur. Tayczin vero sepius dictus elegit honestos viros, videlicet Sirkis socrum suum et Diuitem Iwanis vxori sue legitime et filii sui Iohannis legittime in plenipotentes procuratores sev tutores, committens eisdem vxorem suam cum filio suo, ut eis debeant preesse tam diu, donec filius suus Iohannes predictus ad maturam perueniat etatem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, actum et datum anno die ut supra\*). |

**572.** Notatur, quod anno Domini millesimo trecentesimo octuage- 132 simo octauo in die Kathedre sancti Petri (*21 lutego 1388 r.*) noui consules sunt electi, videlicet Nicolaus Kezeling, Nicolaus Schiler, Michael de Stynaw, Iohannes Amen, Petrus Yzenhutel et Iohannes Worst. Et eodem anno aduocatus Michael de Stynaw et scabini hii subnotati, videlicet Nicolaus Koczeler, Nicolaus Huter, Nicolaus Bolcz, Ottel Rymer, Kuncze Storring, Hannos Zomirsteyn, Henricus de Treblaw, Petrus Stecher et Franczko Rymer. Quorum temporibus hec subnotata sunt facta et agitata.

**573.** Feria quarta proxima post dominicam Reminiscere (*26 lutego 1388 r.*). Coram assesso consilio Iohannes Zomirsteyn non compulsus nec coactus, sed spontanea mente personaliter constitutus palam recognoscens, se apud Katherinam quondam relictam Henrici aurifabri nunc vero suam legittimam vxorem nil plus exceptis L marcis grossorum visualium cum eam duxit percepisse, exclusis sev exceptis hereditatibus, eciam inclusio, quod pretacta Katherina XXX marcas grossorum pro testamento sui mariti videlicet Henrici aurifabri antea persoluerat.

**574.** Eodem die coram dominis consulibus Czaban personaliter constitutus aperte se Henrico Peuth in IIII sexagenis grossorum debitorie palam recognouit, et easdem pecunias prima via cum de Thartaria venerit, sibi soluere promisit. Eciam prefatus Czaban publice recognouit, quod murum, prout stuba ipsius in altitudine pro nunc apparet in hereditate sua usque ad frontem plathee tenetur et debet murare. |

---

\*) Zapiska ta z małymi odmianami była drukowana w Aktach grodz. i ziems. t. III. str. 49—50.

133      **575.** Feria sexta proxima ante dominicam Oculi (28 *luteo* 1388 r.). Coram dominis consulibus in assesso consilio Iohannes Moschewicz personaliter constitutus publice recognouit, quod Nicolaus Gelucke omnia debita, in quibus ipse ratione domus quondam Scheublonis debitor extiterat, integraliter persoluit sic, quod ipse eundem quitum dimisit penitus et solutum, promisitque prefatus Moschewicz pretacto Nicolao Gelucke pro omni allocuzione et amonicione prescriptorum persolutorum debitorum.

**576.** Eodem die coram assesso consilio Kaczarys *tolmacz* personaliter constitutus publice recognouit, se pro XXX marcis grossorum ex parte Petri Reddusch contra Schadadinum de Kapha fideiussaliter promisisse. Et easdem pecunias prefatus Kaczarys promisit pretacto Schadadino in festo Pasche tunc proximo instante ab omni dilacione persoluere et pagare.

**577.** Eodem die consules habuerunt rationem cum Nicolao Kernechyn sic, quod domini consules de omnibus debitibus, censibus et exaccionibus, in quibus ipse Nicolaus Kernechyn debitor extiterat ciuitati, eciā omnes labores et debita, in quibus ciuitas ipsi Nicolao Kernechyn dinoscabatur, omnia sunt deualcata et persoluta sic, quod omnia inter ipsos sunt et postposita. |

134      **578.** Feria quarta proxima post dominicam Oculi (4 *marca* 1388 r.) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio relicita quondam Petri *tolmacz* aream suam in acie circa fontem iacentem longitudinis XIII $\frac{1}{2}$  vluarum, latitudinis XIII vluarum Paulo quondam notario ciuitatis iuste vendicionis titulo libere et publice resignauit.

**\*579.** Eodem die et iudicio Eckeberthus Stulpczes super omnes hereditates et bona mobilia et inmobilia Nicolay Glazer XXXVI sexagenas grossorum interdixit et est tercius. Ciuitas est prima ex parte Henrici Rymer de Kamencz, Nicolaus Freudental secundus.

**580.** Eodem die et iudicio Iohannes Orient de Cracouia ad repetendum, exigendum et extorquendum omnia et singula sua debita apud quemque fuerint, Iacobum Stal seruitorem Iohanni Ederer de Cracouia plenipotentem per omnia constituit et fecit procuratorem, tamquam omnibus personaliter interesset.

**581.** Eodem die et iudicio Iohannes Orient de Cracouia super omnes hereditates et bona mobilia et immobilia Michaelis sellatoris XXX sexagenas grossorum minus I loto interdixit et est tercius. Et de eisdem sibi ipse Michael XX sexagenas persoluit. |

**582.** Eodem die et iudicio Anna relictta Borkonis institam suam 135 sub pretorio iacentem Iohanni Nythardo thorifici vendidit et publice resignauit.

**583.** Eodem die et iudicio Laurencius sartor pignera sibi per Henricum de Czereth obligata iure acquiesuit, quod ea vendere potest.

**584.** Eodem die et iudicio Foytchynus sartor ortum suum quondam Nicolai Kornechyn in angulo iacentem Iohanni Kessilhuth iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**585.** Eodem die et iudicio Brun Pharner aperte recognouit, quod Kunckoni Iungelkos iuramenta fi (*niedokoníczone*).

\***586.** Eodem die coram assesso consilio prouidus et honestus Fredmannus de Moldauia publice recognouit, quod ipse ex parte Bertoldi de Moldauia in XXV marcis grossorum Petro Stacher ex iusto debito staret obligatus. Et easdem pecunias prefatus Fredmannus pre-tacto Petro Stacher super Nicolaum Freudental tollere commisit in festo Penthecosten nunc proximo instante. |

**587.** Eodem die prenotato coram assesso consilio Ieschco nigri 136 colorator aperte recognouit, se Katherinam priuignam suam honorande domine Agnethe quondam relicte Weckonis cum duobus muliebris palliis et pellibus muliebris et nichil plus präsentasse.

**588.** Feria sexta proxima ante dominicam Iudica (13 marca 1388 r.). Iohannes Scheubil sano corpore coram assesso consilio constitutus promisit hoc anno presenti viam versus Achysgranam causa anime Nicolay Scheublonis quondam sui fratris perficere et adimplere.

**589.** Feria quarta proxima ante festum Palmarum (18 marca 1388 r.) iudicium fuit bannitum. Coram quo iudicio Nicolaus filius

Iohannis quondam percussoris cere vna cum Katherina sua nouerca domum suam ex opposito campanile beate Virginis iacentem Nicolao filio quondam Peschconis iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**590.** Eodem die et iudicio Mathias Fynstir tamquam tutor sev prouisor legitimus Nicolay filii quondam Iohannis percussoris cere apud Nicolaum Reuse, qui domum suam emit, XVI marcas grossorum interdixit et est primus. |

**137 591.** Eodem die et iudicio Paschco de Krywicz sano corpore spontaneaque mente personaliter constitutus palam recognoscens, quod ipse patrimonium et matrimonium Margarethe sue legittime rationabiliter vendidit et pro eisdem pecuniis apud Nicolaum Bolcz ipsi Margarethe et pueris eius domum in plathea ad balneam stubam transeundo emit et comparauit eique, prout Nicolaus Bolcz prefatam domum ipsi Paschconi resignauit, sic pretactus Paschco prenominate Margarethe cum pueris eius dedit et resignauit eandem domum. Inclusitque sepedictus Paschco, quod de fratribus ipsius vel pueris suis priuignis Margarethe nullus aliquam partem in prescripta hereditate debet habere, sed antedicta Margaretha cum pueris suis legitimis pretactam domum hereditarie debet possidere.

**592.** Eodem die et iudicio Margaretha vxor Paschconis de Krywicz legitima partem suam, quam in domo Andree quondam sui patris legitimi habuit, quantumcunque extiterat, Nicolao Czanak sororio suo rite vendidit et iuste vendicionis titulo libere resignauit. Et sic prefata domus tota Nicolao Czanak pertinet.

**593.** Eodem die et iudicio Choanth reicta quondam Tayczy Armeni vna cum Tholak suo nato legitimo partem hereditatis sue Parani Wessylo vendidit et resignauit. Et eandem resignacionem Ywanys filius Gregorii institoris ex parte Parani Wessyln acceptauit.

**594.** Eodem die et iudicio Kuncze Feysrippe publicauit, quod ipse apud Nicolaum filium Georgii de Sanok necnon apud Nicolaum Mutirmach IX tunnas piscium comparasset, de quibus ipsi sibi VII tunnas luceorum et  $I\frac{1}{2}$  tunnas alborum piscium dare promiserunt. Et postquam in Lemburgam deduxisset, tunc VI tunne luceorum et  $II\frac{1}{2}$

tunne alborum piscium apparebant sic, quod ipse Kuncze vnam tunnam alborum piscium III fertones leuius vendidit, quam alias tunnas patentibus duobus scabinis videlicet Niczkoni Huter et Otloni Rymer, quod coram iudicio fassy sunt. |

**595.** Feria quarta proxima post dominicam Quasimodo geniti <sup>138</sup> (8 kwietnia 1388 r.) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Henricus de Treblaw super hereditates et omnia bona mobilia et inmobilia Alberthi sutoris II marcas grossorum super rationem interdixit et est primus.

**596.** Eodem die et iudicio Nicolaus Bolcz super hereditates et omnia bona mobilia et inmobilia Theodrici Creblonis VI marcas grossorum interdixit et est primus, tali condicione interiecta, quod si Crebil prefatas hereditates et bona sua infra hinc et festum sancti Michaelis pro VI marcis grossorum non redimerit, extunc Bolcz pretactas hereditates et cetera potest vendere, sicut pignus iure investigatum.

**597.** Eodem die et iudicio dominus Iacobus tunc gardianus fratribus Minorum ex parte conuentus super hereditates Nicolai Kornechyn VIII florenos aureos, tamquam super pignus iure acquesitum, interdixit et est tercarius. Priuigni ipsius Korchyn sunt primi, Bartholomeus seruitor Pauli Reuse est secundus.

**598.** Petrus Folmar <sup>1/</sup>. Petrus Stacher. Eodem die et iudicio Petrus Folmar vna cum Katherina sua legittima vxore vnam cameram pannicidarum Petro Stacher iuste vendicionis titulo libere resignauit. |

**599.** Feria quarta in vigilia Ascensionis Domini (6 maja 1388 r.) <sup>139</sup> iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Georgius dictus Scheler interdixit super domum vidue Tusgerninne et super omnes res eius ratione suorum debitorum et est primus.

**600.** Eodem die et iudicio Henzel Paczco vna cum legitima sua vxore domum suam iuxta Niczkonem Huter coniacentem Nicolao Kiswether iuste titulo vendicionis resignauit.

**601.** Eodem die et iudicio Iesco *czigilstecher* recognouit Slom Iudeo X marcas, quas sibi tenebatur, et propterea prefatus Iudeus Slom super dicti Iesconis domum et super sua omnia bona interdixit et est primus.

**602.** Eodem die et iudicio Bemolik vxor Emyn Armeni ac socios Czobani Armeni sui generi super omnia bona mobilia et immobilia pretacti Czobani XV marcas grossorum visualium interdixit et est prima.

**603.** Eodem die et iudicio Philippus vna cum sua vxore legitima et sua socre domum ex opposito Michaelis de Styna in platea Tartarorum iacentem Petro Scholtis rite vendidit et racionabiliter resignauit. |

**604.** Feria secunda ante Penthecosten (*11 maja 1388 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Iohannes dictus Gencz medium domum penes domum Nicolay Keslingi Oswaldo iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**605.** Oswaldus cum monachis. Eodem die et iudicio prefatus Gencz obligauit monachis inferioribus VIII marcas minus I fertone in eadem domo et easdem marcas tenetur Oswaldus dare a Penthecostes per annum.

\***605a.** Feria sexta infra octauas Penthecostes (*22 maja 1388 r.*). Petrus Huber ius ciuale sibi acquesiuit.

**606.** Feria secunda proxima ante festum beati Iohannis Baptiste (*22 czernwca 1388 r.*) fuit iudicium bannitum. Et coram eodem iudicio Hano Tymicz cum Ambrosio de Grodik taliter inter se ordinauerunt, quod ipse Hano Tymicz testes videlicet dominum Hriczkonem Kirdowic和平, Michaelem Proczowicz necnon Procopium de Podolia tenetur constituere uel litteras sub sigillis ipsorum manifeste apparentes sub tali forma, quod in presencia et in aspectu ipsorum Hano Tymicz prefato Amhrosio litteras suas priuilegiales sibi restituit et resignauit, quod si non fecerit, extunc pretactus Ambrosius omnia sua iura super predicta priuilegia iuste iurisdictione acquisiuit omni iure proculmota, tali tamen sub condicione interiecta, quod si prefatus Hano Tymicz per infirmitates

uel publicas inpediciones inpedimento non habebit, omne alia occasione proculmota, terminus ex utraque parte debet stare super festum Marie proxime instante Assumptionis. |

**607\*).** Eodem die et iudicio Iohannes Worst ex parte Nicolai 141 Glazer iure acquisiuit, quod omnes hereditates, quas Ambrosius de Grodik ex parte Hano Tymicz iure arrestauit, libere sunt in bannito iudicio iudicate.

**\*608.** Feria quarta proxima post diem sancte Lucie (*16 grudnia 1388 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Michael dictus Nouoserth super zinziper Anthonii et Iohannis Gallicorum X marcas grossorum cum L grossis interdixit et est tercarius, sed Kruk ex parte Hendzlyni Schaffer cum XV marcis grossorum est primus, et Hermanus Loyman cum II marcis est (secundus).

**609.** Eodem die et iudicio coram assesso consilio Georgius filius quondam Mathieczicz honorandam dominam Gerdrudam maritam suam legittimam super omnes hereditates et singula bona sibi per patrem suum innatas sev ad ipsum deuolutas vendendum et in vsus quoslibet beneplacitas conuertendas, in suam veram legittimam et plenipotentem constituit et fecit procuratricem faciendi et dimittendi, tamquam omnibus hiis prescriptis personaliter interesset. |

**610.** Feria quarta in vigilia sancti Georgii (*23 kwietnia 1388 r.*) 143 iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Georgius pincerna Yzenhutelonis pignus sibi quendam currisicem obligatum iure acquiesciuit, quod potest illud vendere.

**611.** Eodem die et iudicio Sprofsky concius in Grodek contra Hanonem Tymicz ratione cuiusdam priuilegii sibi per eundem Hanonem perditum omnia iura peregit sic, quod Hano prefatus ipsi Sprofskoni in omnibus culpabilis est iudicatus, si excursiones legittimas habere non potuerit.

---

\*) Począwszy od tej zapiski wszystkie następne do 663 nie wpisywano ściśle chronologicznie.

**612.** Notatur, quod domini consules habuerunt rationen cum Kunczhyno sartori de XXV marcis de hereditate quondam Peschconis fabri, que ecclesie beate Virginis in Lemburga assignate sunt sic, quod ipse de eisdem XXV marcis VIII marcas persoluit. Acta feria quarta in vigilia Corporis Christi (*27 maja 1388 r.*).

**613.** Feria quarta in vigilia Corporis Christi (*26 maja 1388 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Iacobus pellifex Armenus domum suam cum omnibus suis rebus et bonis mobilibus et immobilibus Sirkysoni katholico pro XI $\frac{1}{2}$  marcis ratione veri vadii proposuit et obligauit. |

<sup>144</sup> **614.** Eodem die et iudicio Nicolaus Altgrossche aperte recognouit, se Iohanni genero Renner in II marcis fore obligatum, de quibus I marcam in festo sancti Iohannis nunc proximo instante, I marcam in festo sancti Bartholomei tunc proximo sequente, soluere promisit, quod si non fecerit, extunc prefatus Iohannes pretactas pecunias super dampnum Nicolai debet recipere in Iudea.

**615.** Eodem die et iudicio Czoban filius Sewoncz institoris cum hereditate retro Curtum Paulum iacente, sibi per patrem suum Sewoncz post obitum relicte, matri sue nomine Saymelyk dedit et resignauit.

**616.** Feria quarta in die Diuisionis Apostolorum (*15 lipca 1388 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio prouidus et honestus Kuncze *mit den Zonen* domum suam retro macellas carnium iacentem Claudio Michaeli iuste vendicionis tytulo libere resignauit.

**617.** Eodem die et iudicio Iohannes Merkyl a Schulkone de pecuniis, in quibus ipsum inculpauerat, iure liber est iudicatus. |

<sup>145</sup> **\*618.** Feria quarta proxima post diem sancti Iacobi (*29 lipca 1388 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Iacus Scheplak ex parte Woytkonis dicti Kathowicz de Sandomeria IIII marcas interdixit et est secundus, Schloma Iudeus est primus cum X marcis videlicet super hereditatem sev domum Ieschconis laterificis.

\*619. Eodem die et iudicio Schano Iudeus super domum et hereditatem prescripti Ieschconis laterificis V marcas minus I fertone interdixit et est tercius.

\*620. Eodem die et iudicio Petrus Stecher super domum prescripti Ieschconis laterificis LXX grossos interdixit et est quartus.

\*621. Eodem die et iudicio Iohannes Schuchkalt terciam partem magni molendini foris ciuitatem iacentem Andree de Posnania iuste vendicionis titulo libere resignauit. |

622. Feria quarta proxima ante diem beatorum Viti et Modesti 146 (10 czerwca 1388 r.) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Lucas tunc viceaduocatus aream suam inter Iohannem Schorenbrand et inter Ottlonem Rymer iacentem prouido viro Kunczoni Storringo rationabiliter vendidit et iusteque vendicionis titulo libere resignauit.

623. Eodem die et iudicio Niczko pellifex cum pigneribus vide-licet II $\frac{1}{2}$  staminibus *bloser* sibi per Nicolaum Gumprecht propositis omnia iura peregit, quod potest ea vendere pro suis debitis videlicet marcis.

624. Eodem die et Iudicio Schloma Iudeus domum suam foris portam Haliczensem in collo muri iacentem Bartholomeo cultellifabro rationabiliter vendidit et resignauit.

625. Eodem die et iudicio Georgius Rymer domum suam inter (*miejsce wolne*) iacentem in circulo Kunczoni *mit den Zonen* iuste titulo vendicionis resignauit.

\*626. Eodem die et iudicio Syradan et Iohannes katholicus fratres domum suam Awedyssso Armeno antiquo pro VI marcis grossorum proposuerunt sic, quod Awedys pretactam domum debet tenere et possidere, donec ipsi prescripti fratres prenominato Awedyssso VI marcas grossorum persoluent et pagabunt. |

627. Feria sexta in die beatorum Iohannis et Pauli (26 czerwca 147 1388 r.) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem Curtus Paulus super

solucionem hereditatis quondam Georgii Rymer apud Kuncze *mit den Zonen* XI marcas ex parte Nicolai Czymirman interdixit et est primus.

**628.** Eodem die et iudicio Brun Pharner iure acquiesuit, quod Kuncko Iungelkos nullas pecunias neque iuramenta imponere et in absencia ipsius potest acquirere, nisi ipse Brun Pharner iudicio presentialiter assentabat et Kuncko sub eadem forma.

**629.** Eodem die et iudicio Franczko percussor lane sev bambassii Armenus, aperte recognouit, se Schlomo Iudeo in  $I\frac{1}{2}$  marcis fore obligatum, et easdem pecunias sibi in festo sancti Michaelis nunc proximo instante persoluere promisit occasione qualibet proculmota.

**630.** Eodem die et iudicio Symon filius Longi Iakuschonis pistoris Nekonem fractorem lapidum in suum plenipotentem super sibi innata effecit procuratorem.

**631.** Eodem die et iudicio Kamenko ortum suum retro magnum molendinum iacentem Ieschchoni ianitori parui castri vendidit et resignauit. |

**632.** Feria quarta in octaua sancti (*imie brakuje*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Hendzil Gebuwir ex parte Gendleri ortum vnum foris portam Halicensem iacentem Kunczoni oleatorii publice resignauit.

**633.** Eodem die et iudicio Kystustur, Cotlubey Armeni necnon Awedyg sacerdos Armenicalis ac confessor Marderos defuncti publice recognouerunt, quod domum suam ipso adhuc viuente pro XVI marcis grossorum Awaco carnifici vendidit et resignauit, et prefatus Awak pretactas XVI marcas totaliter persoluit.

**634.** Eodem die et iudicio Antiquus Glazer de Wrathislauia publice recognouit, quod ipse Antiquo Dornero de Cracouia ex parte Eckeberhti Stulpczes VIII $\frac{1}{2}$  solidos grossos totaliter persoluit. |

**635.** Feria tercia\*) in die beatorum Processi et Martiniani (2 lipca 1388 r.). Domini tunc consules domum quondam Georgii

\*) Powinno być feria quinta.

lutifiguli, Drahij lutiglo (*sic*) pro VII $\frac{1}{2}$  marcis grossorum vendiderunt tali condicione, quod idem Drahij in festo sancti Michaelis nunc proximo instantे I marcam cum vno lotho dare tenet, et desuper singulis quatuor temporibus post se sequentes per I marcam et I lothvm soluere tenet, quoisque prefatas septem marcas cum dimidia pagabit sev persoluet.

**636.** Eodem die coram dominis consulibus Iohannes Bork successor Iohannis Leuschneri Katherine matri quondam ipsius Iohannis Leuschneri tres marcas grossorum, que ei per prescriptum filium eius fuerunt assignate, dedit et presentauit, et ipsa eundem Bork quitum penitus dimisit et solutum.

**637.** Feria quarta post diem sancti Iacobi (29 lipca 1388 r.) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Andreas sutor scamnum sev opus sutorium Nicolao Czanak sartori vendidit et resignauit.

**638.** Eodem die iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Iakusch Schepelak ex parte Woytkonis dicti Kathowicz de Sandomeria IIII marcas interdixit et est secundus. Scholoma Iudeus est primus cum X marcis videlicet super hereditatem sev domum Iaschonis laterificis.

**639.** Eodem die et iudicio Schano Iudeus super domum et hereditatem prescripti Ieschonis laterificis V marcas minus I fertone interdixit et est tertius.

\***639a.** Eodem die et iudicio Petrus Sthecher super domum prescripti Ieschonis laterificis LXX grossos interdixit et est quartus. |

**640.** Eodem die et iudicio Iohannes Schuchkalt terciam partem 150 magni molendini foris ciuitatem jacentem Andree de Posnania iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**641.** Feria quarta proxima post diem sancti Laurencii (12 sierpnia 1388 r.) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Niclos Reuse vnum maccellum Hankoni Clopper iuste vendicionis titulo libere resignauit.

**642.** Eodem die et iudicio Hanko Clopper ex parte domini Kole domum ipsius Kole Iohanni Schuchkalt rite vendidit et resignauit.

\***643.** Eodem die et iudicio Nicolaus Kezeling aliqua querimonia super Iohannem Rademuncze ratione cuiusdam pecunie proposuit et sic, quod Iohannes Rademuncz eisdem pecuniis beniuole abrenunciauit, et sic domus quondam Stephani Rademuncz ab ipso Iohanne Rademuncz liber est iudicatus in VI marcis grossorum.

**644.** Eodem die et iudicio Michael tunc notarius ciuitatis domum quondam Stephani Rademuncz ex petione Conradi Spetche et Margarethe sue legittime vxoris Niczkoni Czeppener et per mandatum duorum consulum racionabiliter resignauit. Consules tunc fuerunt: Nicolaus Kezelyng, Nicolaus Schiler, Iohannes Amen, Petrus Yzenhutel, Michael de Stynaw et Iohannes Worst.

\***645.** Eodem die coram assesso consilio Nicolaus Kezelyng aperte recognouit, se X marcas grossorum circa se habere, que pertinent Petro filio Stephani Rademuncz, et de eisdem tenetur sibi pro censu singulis annis I marcam grossorum. |

151      **646.** Eodem die et iudicio Niczko Morung domum suam foris portam Halicensem iacentem Petro Steynburne sartori rite vendidit et resignauit.

**647.** Feria quarta proxima post festum sancti Bartholomey (26 sierpnia 1388 r.) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Curtus Paulus ex parte Bartholomey dicti Kruk super bona mobilia et immobilia Anthonii Galici XV marcas grossorum interdixit et est primus.

**648.** Iohannes Gebower. Eodem die coram assesso consilio prouidus et honestus Hendzlynus Gebuwir proposuit manifestando, se XXX marcas grossorum super murum inter ipsum et Iohannem Wassirfurer muratorem exposuit, et hoc idem Iohannes Wassirfurer eciam recognouit. Census de XV marcis ad ipsum Wassirfurer pertinens in festo Natiuitatis Marie instat nunc proxima instantे.

**649.** Eodem die et iudicio Iohannes Harras ortum suum foris portam Haliczensem iacentem Iohanni de Pettaw iuste vendicionis titulo libere resignauit.

\***650.** Eodem die et iudicio Paruus Wernncko vnam cameram pan-nicidarum Niczkoni de Sokol racionabiliter vendidit et resignauit.

**651.** Eodem die et iudicio Nicolaus Czanak sartor pignera sibi per Maczkonem clientem sibi obligata videlicet III $\frac{1}{2}$  fertones et III grossos iure acquiesuit et ea vendere potest. |

**652. Stolpses.** Eodem die et iudicio Eckebertus Stulpches ex <sup>152</sup> parte Eckeberthy Biskopyng de Thorun de hiis XVI $\frac{1}{2}$  sexagenis grossorum visualium, in quibus Iohannes aduocatus Sanoczensis ipsi Biskopyng debtor existit, talem vniōnem et concordiam inter se ordinauerunt, quod idem Iohannes aduocatus prescriptus super festum Natalis Christi nunc proximo instante in Lemburga debet comparere ad solutionem et concordiam inter ipsos ex utraque faciendam.

**653. Iungilkos.** Eodem die et iudicio Kuncko Iungelkos de omnibus causis, in quibus honestum Brun Pharner iure inculpauerat, ipsum quitum penitus dimisit et solutum.

**654. Hannus Aman.** Eodem die et iudicio prouidus et honestus Iohannes Amen domum suam inter Niczkonem Fruof et inter Niczkonem Eckel in circulo iacentem Nicolao de Swynicz institori rite vendidit et resignauit. Eciam eodem die Niczko Fruof personaliter astans recognouit, quod paries argileus sue stube in hereditate Nicolay institoris prescripti stat et existit, et quando Nicolaus carere noluerit, tunc Fruof sibi debet in eodem pariete discedere.

**655. Achtibey filius Orus.** Eodem die et iudicio Atlabey filius quondam Orus institoris institam suam in acie iacentem et in medietate institarum iacentem Nicolao de Swynicz vendidit et resignauit.

**656. Nicolaus de Swynycz.** Eodem die et iudicio Nicolaus de Swynycz institor institam suam muratam in acie iacentem Atlabeyo filio quondam Orus rite vendidit et resignauit. |

153      **657.** Feria sexta proxima post diem Decollacionis sancti Iohannis (*4 września 1388 r.*). Coram assesso consilio constituti prouidi et honesti Girko Smethus, Kuncze *mit den Zonen*, iuuenis Korner et Oswaldus publice recognoscentes, se talem vnonem et concordiam inter Nicolaum Mozeler parte ex vna et inter Agnetham relictam Iohannis Craft quondam fratriss ipsius Mozeler parte ex altera (ordinasse) sic, quod ipsa Agnes pro omni allocucione macelli et omnium bonorum per ipsum Craft relictorum, pretacto Nicolao Mozeler II marcas grossorum paratas dedit. Desuper in Carnispriuio nunc proximo instante V fertones et in festo Penthecosten nunc proximo sequente V fertones persoluere tenetur, et sic omnia inter ipsis debent esse plana et postposita.

**658.** Agnes reicta Craft. Eodem die Agnes reicta Iohannis Craft coram assesso consilio publice recognoscens, se Mathie Plesnero in X marcis grossorum fore obligatam, et pro eisdem pecuniis ipsa sibi vnum maccellum obligauit sub tali forma, quod si ipsum prescriptum maccellum vendere contingerit, tunc idem Mathias pro suis pecuniis debet esse propinquior pro pecunia conueniente.

**659.** Eodem die Henricus Peuth publice recognouit in assesso consilio, se omnia et singula debita, in quibus ciuitas sibi et Katherine necnon Dorothe relicte et nate Petri Crapicz extiterat obligata, integraller percepisse sic, quod ipse ciuitatem quitam penitus dimisit et solutam. |

154      **660.** Anna filia Diuitis Iacobi. Feria quarta in crastino Natiuitatis Marie (*9 września 1388 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Anna filia quondam Diuitis Iacobi Armeni aream suam vna cum edificiis in eadem continentibus Symoni sacerdoti Rutenali rite vendidit et racionabiliter resignauit, quod emit apud Asslan et Abram.

**661.** Ottil Rymer. Eodem die et iudicio Ottyl corrigiator cum Girline institrice cambium de II instititis fecerunt sic, quod idem Ottyl corrigiator institam iuxta aciem et in limite sue instite, quam apud Niczkonem Cepner emit coniacentem, acceptauit et suam institam alias iacentem eidem Girline, prout ipsa sibi resignauit, sic ipse eidem Girline suam institam iuste vendicionis tytulo libere resignauit.

**662.** Niczko bader. Eodem die et iudicio Niczko baliatur aperte recongnouit, se Caspro Cruglo in VI marcis ex iusto debito fore obligatum, de quibus infra spaciū vnius septimane II marcas abs omni dilacione sibi persoluere promisit, residuas vero pecunias in festo sancti Martini nunc proxime instantē dare voulit et promisit, quod si non fecerit, extunc prefatus Casper de curia Niczkonis baliatoris foris ciuitatem iacentem se debet intromittere et eandem tamquam pignus iure investigatum debet retinere. |

**663.** Andreas Schoybil /. Petir Groue. Feria quarta <sup>155</sup> proxima post octauas sancti Michaelis (*7 października 1388 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Andreas Schobel scampnum seu opus sutorium Petro Growe iuste vendicionis titulo libere resignauit, et idem Andreas super eodem scampnum  $I\frac{1}{2}$  marcas grossorum interdixit et est primus. Desuper Henricus de Treblaw super eodem scampnum aliquas pecunias interdixit et est secundus. Eciā Ottyl Rymer super eodem scampnum I fertonem interdixit et est tercius.

**664.** Frater monachus. Eodem die et iudicio dominus Iohannes frater ordinis Predicotorum vna cum Katherina sua matre legitima tale inter se arbitrium ordinauerunt, quod omnes hereditates et omnia bona mobilia et inmobilia inter ipsos ex vtraque parte existencia tuacione et procuracione prefate domine Katherine debent conseruari, post mortem vero preacte domine Katherine omnes hereditates et singula bona, cuiuscunque condicionis aut spei extiterint, pro reformacione rerum missalium conuentus fratrum Predicotorum in Lemburga sev ecclesie debent totaliter dari et erogari. Eciā inclusō, quod si prefatam dominam Katherinam relictam Vecteryn domino Iohanni filio eius superiuenti mori contingerit, extunc sepedictus dominus Iohannes de omnibus et singulis hereditatibus et bonis mobilibus et inmobilibus, ut perfectur, se debet tamquam verus heres intromittere, et si predicta domina Katherine aliquas infestaciones ab aliquo homine habuerit, tunc Nicolaus Bolcz et Georgius Scheler debent esse procuratores eius. |

**665.** Eodem die et iudicio Schloma Iudeus super Iohannis cer- <sup>156</sup> donis domum et omnia sua bona mobilia et inmobilia, cuiuscunque condicionis aut spei fuerint, XI marcas interdixit et est primus.

**666.** Eodem die et iudicio Iwanis filius Barschonis domum suam circa gradum muri ad preconem transeundo Abusconi vendidit pro XV sexagenis et iuste racionis asignauit.

**667.** Eodem die et iudicio Kuncze sartor super opus sutorii Petri Growe I sexagenam interdixit et est quartus.

**\*668.** Oswaldus cum Petlino Paruo. Feria sexta proxima post octaua sancti Michaelis (*7 października 1388 r.*). Oswaldus in assesso consilio astens, se recognouit Paruo Peterlino in XXXVI marcis cum I fertone, et de eisdem se sibi obligauit in suis omnibus bonis et hereditatibus. Et de eisdem prescriptis pecuniis pretactus Peterlinus coram assesso consilio XIIIII marcas grossorum se percepsisse recognouit.

**\*668a.** Feria secunda in vigilia beatorum Petri et Pauli (*28 czerwca 1389 r.*). Coram assesso consilio prescriptus Peterlinus palam recognouit, se de pretactis debitibus Oswaldi se octo marcas grossorum integraliter percepsisse.\*)

**\*668b.** Notatur, quod ciuitas est prima cum IIII marcis grossorum hereditatibus, quas domino Iencz dederunt.

**668c.** Feria sexta in crastino sancti Martini (*12 listopada 1388 r.*). Domini consules ex parte Oswaldi Paruo Petro VII marcas grossorum persoluerunt, quas ipse ad consilium posuerat. |

**157 669.** Bohemus ∕. Anna relicta. Feria quarta proxima post festum sancti Andree (*2 grudnia 1388 r.*) iudicium fuit bannitum. Et coram eodem iudicio Peschco Bohemus de Lublin Anne relicte quondam Iohannis Prosperi institam vendidit pro VI marcis sic, quod predictus Bochemus iuste vendicionis libere resignauit.

**670.** Iohannes Platener ∕. Nicolaus. Eodem die et iudicio Iohannes Platner interdixit super Nicolay ortum et omnes hereditates suas III fertones et est primus.

---

\*) Dopusane później.

**671.** Eodem die et iudicio Czanok interdixit super *woyczec* Iohannis famuli sartoris, et quidquid in ipso fuerit, hoc de iure potest vendere pro pecuniis suis.

